hominis iudicabit. ut bonis det consolationem et malis cōturbationē. **B**er. **I**deo pater misericordiarū et deus totius cōsolationis. uult per hominē homines iudicare. ut in tāta perturbacione maloꝝ. homini fiduciā prestet si militudo nature. **I**ste autē iudex ita iuste iudicabit. q. iudiciū suū nullo modo corrumpi poterit. **Q**uatuor namq. modis ut dicit **J**sid. corrumpi iudiciū consueuit. scilicet timore. amore. odio. et munerē. **C**orrumptur timore. **U**n dicit **E**ccl. vii. **N**oli querere uelle fieri iudex. nisi uirtute ualeas irrumperē iniquitatē. ne forte extimescas faciem potentis. **J**sidory. **Q**ui metu potentis uirtutē occultat. eiusdē ueritatis iram sibi prouocat. quia plus pertimescit homines. q. diuinā trepidat maiestatem. **S**ecundo corrumptur munere. **E**ccl. xxi. **X**enia et dona excecāt oculos iudicis. **A**ug. **U**sq. adeo cupiditatis inoleuit malū. ut iam ex consuetudine uendant leges. corrumpanur iura. sentētia ipsa uenalis sit. et nulla iaz causa possit esse sine causa. **T**ercio corrumpunt odio. **Q**uarto amore. **D**e istis duobus dicit **C**risost. **P**riuatū amor. et priuatū odiū rectū iudiciū nō cognoscunt. **G**reg. **I**udicare digne de subditis nequeunt. qui in subditorū causis odiū uel gratiā sequunt. **I**udex autem eternus nullo istoꝝ corrumpi poterit. non timore quia potētissim⁹ est. **J**ob xvii. **N**unquid timens arguet te. et ueniet tecū ad iudiciū. **P**rimo quāto potentiores erunt. tāto oꝝtra eos se ueriores sententiā proferet. **S**apie vi. **P**otētes potēter tormēta patientur. **N**on amore quia iustissimus est. ideo cōtra fratres suos. falsos scilicet xpianos

duram sententiā promulgabit. unde
nihil ualebit eis fraternitas. **Psal. Cxv.**
non redimet. nihil nature cōformitas.
ideo subdit. redimet homo. nihil pre/
cum multiplicitas. ideo subdit. non
dabit deo placā. suā. **Nihil sanguinis**
xpi preciositas. ideo subdit. **et precium**
redēp. anime sue. **Non munere** qā di/
tissimus est. **Prover. vi.** Non acquie/
scet cuiusq; precibus. nec suscipiet p
redēptione dona plurima. **Her.** Veni
et dies illa. in qua plus ualebūt pura
corda q̄ astuta uerba. **et bona consci**
entia q̄ marsupia plena. **Aug. 9.** Expe
ctatur dies iudicii. **et aderit ille equis**
simus iudex. qui nullis potētis perso
nam accipit. cuius pallaciū nullus epi/
scopus. uel abbas uel comes auro uel
argento corrumpere poterit. **Crisost.**
Tunc non diuitie pro diuitibus uel pa
rentes pro filiis intercedēt. nec angeli
sicut solebāt pro hominibus faciēt uer
bum. quia natura iudicis non recipit
et misericordia. **Non odio.** quia opti
mus est. **In eo em̄ qui optimus est.** odi
um cadere non pōt. **Ipsē enī creator**
omnia diligit que creauit. **Sapi. ii.** Di
ligis omnia que sunt. **et nihil odisti eo**
rum que fecisti. **et quia dilexit iō** cum
dolore **et cōpassione punit.** **Psal. p̄rio.**
Heu heu cōsolabor super hostibus me
is. **et iudicabor de inimicis meis.** **Se**
cundo ponunt rei. id ē peccatores dam/
nandi. cuius dicit. **Arescētibus hominibus**
pre ti. et cōsu. **Ipsi em̄ tunc in timore**
confusione erunt. sicut ostendit **Greg.**
dicēs. **Quō anguste erūt tūc uie repro**
borum. **Superius erit iudex iratus.** **īfe**
rius horredum chaos. **a dextris pec**
cata accusantia. **a sinistris infinita de**
monia ad supplicium trahētia. **int̄ con**

scientia mordens. **foris mūdus ardēs.**
Quo igit fugiet miser peccator. **non enī**
poterit ascēdere sursum. quia ibi iudex
iratus. de cuius ore procedet gladius
bis acutus. **Apo. vi.** **Dicēt mōtibz**
et collibus cadite super nos. **et abscon**
dite nos a facie sedentis super thronū.
Nec poterit fugere a dextris. quia ibi
sunt peccata. **Her.** **Tunc loquētia simul**
peccata dicent. **Tu nos egisti opera tua**
sumus. **et non te deseremus sed tecum**
ad iudiciū pergemus. **Nec a sinistris.**
quia ibi sunt demōes accusantes. **Aug.**
gustinus. **Presto tunc erit dyaboli re**
citans. quicquid fecerim. **et in quo die**
et in quo loco peccauim. **et quicquid fa**
cere debuim. **Nec poterit se abscondere**
intra se. quia ibi erit uermis cōscien/
tie remordens. **Psal. ult.** **Uermis eorū**
nō moriet. **Nec poterit fugere ad mū**
dum. quia ibi erit ignis ardēs. **Psal.**
Ignis ante ipsum precedet. **Nō restat**
igit nisi ut in fornacem descēdant.

Tercio ponunt accusantes. qd̄ no/
tatur cum dicit. **Erūt signa in sole.**
Omnes enim creature peccatorē accu
sabunt. **Sciēdum at̄ q̄ tres accusa**
tores cōtra peccatores stabunt. **Primus**
erit totus mūdus. omnia scz elemēta
et omnes creature. **De elemēto aque di**
citur Exodi xv. **Submersi sunt quasi**
plumbū in aquis uehe. **De tribz aliis**
elementis dicit Job xx. **Deurabit eos**
ignis qui non succēdit. **reuelabūt celi**
iniquitatē eius. i. celū arceū quod ob
tenebrabit. **et terra cōsurget aduersus**
eum quia fortissime cōcutiet. **De aliis**
creaturis dicit Crisost. **super ad act.**
In illo die nihil est quod respondeat
mus. **ubi celum et terra. sol et luna dies**
et noctes. et totus mūdus stabūt ad

uersus nos in testimoniū peccatorum
nostrorum. **Secundus** accusator erit p/
prium scelus. Omnia enim peccata q̄
modo sunt occulta extra proficient et
suū accusabunt actorē. **Siquidem** ti
nea uestimētorum accusabit uaniglo
riosum. **erugo** auri et argēti accusabit
auarum. **iniquū edificū** accusabit usu
rarium. **De duobus primis** **Jaco. v.**
Diuitie uestre putrefacte et uestimenta
uestra a tineis comesta sunt. **aurum** et
argentum uestruz eruginauit et erugo
et. **de. iiii. Abacuc. ii.** **Lapis** de parie/
te clamabit et lignum quod est iter iū/
cturas edificiū respōdebit. **Tercius** ac/
cusator erit dyabolus. **Aug.** **Dicitur**
est cōtra nos aduersarius. **Equissime**
iudex iudica hunc esse meū ob culpā
qui tuus esse noluit per gratiā. **Tuus**
est per naturā. **meus** per miserā. **tuus**
ob passionem. **meus** ob suasionē. **tibi** ī
obediens. **mibi** obediens. **a te** accepit
immortalitātē stolā. **a me** accepit hāc
pannosam qua inductus est tunicam.
tuam uestē dimisit. **cum** mea huc uenit.
equissime iudex iudica hunc meū esse
et mecum damnādum esse. **Obi** si dili/
genter attenditur. **Dyabolus** poit quī
q̄ allegaciones per quas peccatorē se
cum damnādū ostēdit. **Quartus** po
nuntur testes. **cum** dicit uirtutes celo/
rum mouebunt. i. angeli nobis ad cu
stodiam deputati. **Tres** at testes tūc
peccator habebit. **unū** supra se sc̄z de/
um. **Hiere. xxix.** **Ego** suz iudexi testis
dicit dominus. **Secundū** intra se. s. con
scientiam. **Aug.** **Suis** quis futuruz iu/
dicium times. **presentē** cōscientiā cor/
rige. **Sermo** enim causē tue testimoni
um conscientie tue. **Tercium** iuxta se.
sc̄z angelū ad custodiā deputatū. **Job**

xx. Reuelabunt celi id ē angeli iniqui
tem eius. **ideo** dicit hic q̄ uirtutes ce/
lorum mouebunt. id ē angelice potes
tates commouebuntur. **ut** peccatores
accusent et cōtra eos testimoniū ferāt.

Sermo tercius unde supra.
Qunc uidebunt filiū hominis/
uenientem in nube. **cum** potestate
magna et maiestate. **Sapiens**
iudex quadrupliciter ī iudicio suo p
cedit. **Ipse** em̄ causas et culpas in iu/
dicio diligēter examinat. **examinatas**
ponderat. **ponderatas** sentēciat. **sen/
tēciatas** executioni demādat. **Taliter**
in extremo iudicio iudex eternus p
cedet. **ideo** in uerbis premissis de ip/
so quatuor legunt. s. q̄ ipse apparebit
in forma humana. **q̄** ueniet cum socie
tate decora. **cum** potestate multa et ma
iestate magna. **Apparebit** igit̄ in for/
ma humana. **ad** examinanduz. **ueniet**
cum societate decora. **ad** ponderādū.
cum potestate multa. **ad** sentēciandū.
et **cum** maiestate magna. **ad** exequēdū.
Primo igit̄ apparebit in forma hu
mana. **ad** examinādū. **ideo** dicit. **tūc**
uidebunt filiū hominis. **Eis** inquit
est filius hoīs propriū erit examina
re. **sicut** habet. **Matth. xxv.** **Cum** uene
rit inquit filius hominis in maiestate
sua. **Deinde** ponit̄ examinatio ab ip/
so fienda. **Esuriui** inquit. **et** non dedi/
sti mibi māducare. **et.** **De** ista exami
tione dicit. **Job xxix.** **Causam** quā ne
sciebam id est quā nescire ostēdebam.
Diligētissime examinabā. **Examinabit**
quidem primo omnia cogitata. **Sapie**
pri. **In** cogitationibus impiū interro/
gatio erit. **Drige.** **In** illa die cogitati
ones accusabunt animas. **nl̄** defendēt.

non utiq; cogitationes que tunc erūt.
sed iste que nunc sunt in nobis/ quarū
note quedā signacula in corde nro re
linquunt. uelut in carta. que in occul
to cordis posita in illa die reuelari di
cuntur. Secūdo examinabit omnia
uerba. non tm maliciosa. sed etiā ocio
sa. Math. xii. De omni uerbo ocioso
re. Tercio examinabit omnia facta.
Eccli. vii. Cuncta que sunt. adducet.
deus in iudiciū re. Quarto oīa bo
na neglecta. Ber. Omne tepus nobis
impēsuz. regret a nobis quā sit expē
sum. Quinto oīa crimina ignorata. un
de rogat propheta. Ignorantias me
as ne memineris. Secūdo uenit cuz
societate decora ad ponderādū. cū di
citur. ueniētē in nube. i. cum sanctoz
societate. qui dicunt nubes. quia fue
runt a terrenis eleuati. et in celestibz cō
uersati. De quibz nubibus dicit Apo
ca pri. Ecce uenit cum nubibz. Iudex
enim principalis postq; cām examia
uit. conferre cū suis assessoribz consue
uit. que culpe sint graues. q̄ leues. que
mediocres. ut scdm grauitatē uel leui
tatē culpe det grauitas uel leuitas pe
ne. sic xps postq; culpas examinauit
ipsas de cōsilio scōz ponderabit. nō
q̄ non habeat grauitatis uel leuitatis
culparum plenā noticiā. sed ut in hoc
sanctis faciat honorē et gloriā. Psal.
Gloria hec est omnibz sanctis eius. Ec
iterum. Ut faciāt in eis iudiciū cōscri
ptum. De ista pōderatōne fiēda di
citur. Prouer. xvi. Pōdus et statera iu
dicia domini sunt. Solēt campsores
monetas in statera pōderare. et eas q̄s
inuenierint pōderis nullis. i. nullis ua
loris. uel minoris ponderis in ignē p
iciunt uel incidūt. Illas uero quas in

ueniunt equalis uel maioris pōderis/
in thesauro id est in archa reponunt.
Omnes homines qui in iudicio extre
mo assistent. aut erunt omnino uacui.
aut semipleni. aut pleni. aut superple
ni. Ille est uacuz. qui nulla opera mel
ritoria secum portauit. et in peccati ui
tam finiuit. Talis in statera dini iudi
ci appendet. et sibi dicit illud Daniel
v. Appensus es in statera. et inuētus es
nihil habēs. Iste prouicit in fornacez
inferni. Ille at est semiplenuz. qui pecca
ta quidē cōmisit. et ad penitētiā cō
uersus est. sed morte preuētus. satisfā
ctionem cōdignam agere non potuit.
Tuel etiam pniām sibi inuētā suffici
enter nō expleuit. Talis sifr appendet
ur. et sibi dicit Appēsus es in statera.
et inuētus es minus habēs. iste prouit
cietur in fornacē purgatorii. Post iu
dicium at quādo purgatorii nō erit.
illi qui tales inueniēt. igne qui prece
det faciē iudicis purgabunt. Ille uel
ro est plenus. qui quācum deliq̄t tan
tum satisfecit. qui si non habuit ma
gna perfectionis opera. habuit tñ ea
que sufficiunt ad dimissionē culpe et
acquisitionē glorie. et gratie. Talis si
militer appēdet. et sibi dicit Appensus
es in statera et inuentus es satis hñs.
Ille uero est superplenus. qui opa per
fectionis habuit. et qui super satisfā
ctionem. multa merita cumulauit. Ta
lis similiter appendet. et sibi dicit. Ap
ensus es in statera. et inuētus es mul
tum habēs. Isti duo in celesti thesau
ro reponēt. Tercio xps ueniet cū
potestate multa ad sentenciandum. et
hoc quādo dicit. Discedite a me ma
ledicti in ignē eternum. et. Ex qua sen
tencia manifeste colligitur. q̄ sit cōtra

reprobos implacabilis ira dei. **D**ato
 etiam q̄ damnati sibi dicāt. **N**on su/
 mus domine digni regnū uestrū possi/
 dere. s̄ placeat uobis ut ad pedes ue/
 stros possim⁹ manere. **R**espōdebit **D**i/
 scedite a me. **D**ato etiā q̄ sibi dicāt.
Et si nos a uobis repellitis. saltē bene/
 dictionem uestram nobis deus. **I**pse
 eis ecōuerso suā maledictionē. **D**abit
 dicens **I**te maledicti. **D**ato q̄ sibi di/
 cant. **S**altē ad aliquē locū consolati/
 omis. **R**efrigerii nos mittatis. **R**espō/
 debit **I**te in ignē. **D**ato q̄ subiungāt.
 saltem breuē terminum nobis consti/
 tuatis. **R**espōdebit. eternū. **D**ato q̄ ite/
 rum dicāt. saltē domine aliquē bonū
 dominum nobis ibi preficiatis. q̄ cle/
 menter nos regat. **R**espōdebit. qui pa/
 ratus est dyabolo. **D**ato q̄ subiungāt.
Saltē aliquā bonā societate nobis de/
 tis. cū quibus possim⁹ cōsolari. **R**ūde/
 bit. **7** angelis eius. q̄ d. **E**t pro dño
 habeatis dyabolū maiorē. sed p̄ so/
 cius uestris habeatis demones mino/
 res. **Q**uarto x̄ps ueniet cū maiesta/
 te magna ad exequēdum. **P**ostq̄ em/
 sentēciam dederit ipse eā executōi del/
 mandat. **D**e qua executione dī. **M**at.
 ix. **E**t ibunt hi in suppliciu eternū. **I**u/
 sti autē in uitam eternā. **U**trobiz at/
 tam in inferno q̄ i celo apparebit ma/
 iestas dei magna. et gloriosa iusticia
 dei. **A**pparet quidē **7** reducet in inferno.
Tho. xiii. **D**istēdit maiestatem suam in
 gentē peccatricē. **P**sal. **D**es maiestatis
 intonuit. **P**ulcrus enim stat latro in
 patibulis q̄ staret in regis solio. **S**er/
 uus in cloaca q̄ in camera picta. **P**or/
 cus in luto q̄ i prato florido. **L**atro
 est **superbus**. qui illud quod ē dei. p̄/
 prium. s̄. gloriā sibi auferre conatur.

Psa. xlii. **G**loriā meam alteri non da/
 bo. **S**eruus est auar⁹. de quo dicitur
Ephe. v. **A**uaricia quod ē ydolorū
 seruitus. **P**orc⁹ est luxuriosus. **P**ro/
 uer. xi. **C**ircul⁹ aureus in naribus suis.
 mulier pulcra **7** fatua. **I**deo magis re/
 lucet maiestas et iusticia dei. in eo q̄
 istos ponit in inferno q̄ si eos pone/
 ret in celo. **A**ug⁹. **P**ctōres in supplici/
 is ordinant. ut nunq̄ sit dedecus cul/
 pe. sine decore iusticie. **A**pparebit etiaz
 maiestas dei in celo. **G**loria em̄ scōru⁹
 maiestas uocat. tum quia erit genera/
 liter magna. **P**sal. **R**eplebit maiestate
 eius omnis terra. tum quia erit perpe/
 tualiter firma. **D**icit autem maiestas
 quasi magnitudo stans. tum quia erit
 ineffabiliter lucida. **B**aruch v. **A**ddu/
 cet de⁹ israhel cum iocūditate in lumi/
 ne maiestatis sue.

Dominica tertia aduētus dñi.

Sermo primus
Quoniam audisset **J**ohānes in
 uiculis opera x̄pi. **M**at.
 thei xi. **H**erodes antipas
Johānem baptistā in uim/
 culis posuit. **T**riplici de causa. **P**rima
 ex eo q̄ ipsuz reprehēdebat. q̄ philip/
 po fratri suo. **H**erodiadē uxore ab/
 tulerat. **7** iō ad suggestionē ipsius be/
 rodiadis ipsum incarcerationi. sicut in/
 nuatur. **M**at. vi. **S**ecūda ex eo. q̄ di/
 cit **J**osophus. q̄ iusticiā **7** sobrietatē
7 baptismū predicabat. **7** ideo mult⁹
 eum popul⁹ sequebat. **H**erodes ue/
 ro. cum esset alienigena. **7** populo odi/
 osus. tumultū populi pertimescēs ip/
 sum in carcerē cōiecit. **T**ercia ex eo. q̄
Johānes quēdam magnū regē p̄ se
 uenturum predicabat. **7** cum romani
 ordinassent ne aliq⁹ sine senat⁹ aucto

ritate rex nominaret. / offensa cesaris
timuit. / ideo ipsum in carcerē uincul/
lauit. **De** quibus uinculis cum audis/
set miracula / opera xpi / duos disci/
pulos ad ipsum misit. **In** isto at euā/
gelio principaliter tria tangunt. s. **Jo**
hannis interrogatio. xpi respōsio. et
Jobānis cōmendatio. quaz. s. xps fe
cit. De interrogacione at Jobānis ali/
ter sentit Grego. aliter Ambrosi9. ali/
ter Hilari9 / et **Gregori9** em dicere
uidet. q. Jobānes dubitauit utrū cri/
stus in infernū per seipsum descēsur9
esset. / ideo scire uoluit. utru9 sicut per
se in mundum uenerat. ita per se. ad in/
ferni claustra descēdat. ut ipsum uētu/
rum in inferno denūciat. quem iam ue/
nisse in mūdo nūciauit. **Sed** incōue/
niens est dicere. q. Jobānes de hoc du/
bitauerit. qui uocē p̄ris audiuit. q. spi/
ritum sanctū super ipsuz inspectit. qui
eum digito demōstrauit. **Non** est ue/
risimile. ut illud ignorauerit. quod mi/
nores prophete sciuerunt. **Cacharias**
cognouit hoc dicens ix. **Tu** quoq. in
sanguine testamēti tui redemisti uin/
ctos r̄c. **Itē** s̄m **Ambrosiū**. **Non** fu/
it ista dubitatio incredulitatis. qualē
habuerūt iudei. nec tarditatis. quale9
post resurrectionē habuerūt discipu/
li. sed pietatis. **Uñ** dicit **Ambrosius**.
Jobānes. non in fide sed pietate dubi/
tauit. sicut / petrus dicens. **Propicius**
tibi sis domine. non tibi fiet hoc. **Uñ**
Jobānes dubitauit. ad ē ad modū du/
bitantis se habuit. sicut / pater filio in
peregrinationē pergēti / iam in itine/
re osticuto. ex quodā pietatis affectu
dicit. **Quoniam** fili carissime me relin/
quis? **Sic** Johannes pietatis affectu
ignorabat. q. filiz dei. ad iferna clau/
stra descēderet. / ideo non dubitabat.

sed ad modū dubitātis se habebat.
Hilari9 / et **Erisost.** dicunt. quod ueri/
us uidet. q. Johannes non dubitauit.
sed saluti discipulo9 cōsuluit. **Sciens**
enim mortē suā uicinā eos ad cristum
misit. ut ab eo certificarent. / ab eo cō/
uerterent. **Habebāt** enim ipsi discipu/
li tres defectus. **Primo**. quia xpo erant
inuidi / et emuli. pro magistro suo. indi/
screte zelātes. **Uñ** dixerūt **Joban. iiii.**
Rabbi qui erant tecū trāsiordanē. ec/
ce hic baptizat. **Secūdo** erant rudes. /
ad intelligēdum ignari. quia cū **Jobā**
nes de xpi sublimitate sepe eis predi/
casset. ipsi intelligere nō ualebāt. **Uñ**
dicit ibidē. **Ipsi** uos mihi testimoniū
perhibuistis. quicquid dixerim nō sum
ego xps. / illum oportet crescere r̄c.
Tercio erant cristo increduli. sicut pa/
tet **Jo. ix.** ubi se phariseis cōtra xpm
affociauerunt. dicentes. **Quare** nos et
pharisei ieiunam9 frequēter. discipu/
li autem tui non ieiunāt. **In** xpo aut
tria cōmendabilia erāt. scz. **exēpla ui**
te. per que inuidos edificabat. uerba
sapientie. per que rudes instruebat. et
miracula glorie. per que incredulos cō/
uertebat. **Misit** ergo eos **Jobānes** ad
Ihesum. ut uiderēt exēpla sue sancti/
tatis / uite. per que inuidi edificaren/
tur. **Audirēt** uerba sue sapientie. p. que
rudes instruerent. / uiderent miracula
glorie. per que increduli cōuerterētur.
Non autē misit omnes. quia ubi multi/
tudo ibi cōfusio. **Misit** uero duos. ut
in ore duoz testum. staret omne uer/
bum. / ut ostēderet. xpi capitis se esse
membruz. qui discipulos suos binos
mittebat. **Secūdo** ponit xpi respon/
sio. cum dicit. **Euntes** renūciate **Jobā**

mi que audistis et uicistis etc. Non est intelligendum quod Christus statim eis responderit sed quod prius in eorum presentia multos infirmos curauerit. unde dicitur Lu. vii. In ipsa hora multos curauit a languoribus suis et plagis et spiritibus malis et cecis multis donauit uisum. et tunc dixit eis. Eritis renunciate Iohannem etc. Hiero. Cessent uerba et ueniamus ad facta. Crisostomus. Misit Iohannes discipulos ad Christum ut miracula eius uideret. que tot fecit ut paucorum animas lucraret. quia melior est apud dominum unus iustus quam totus mundus peccatoribus plenus. Ad hoc autem miraculorum quedam fuerunt corporalia. quedam spiritualia. ponit ergo prior corporalia dicens. Ceci uident etc. Quis autem multi prophete fecisse legant miracula. per ista tamen certificatur quod ipse sit messias in lege promissus triplici ratione.
Primo ratione prophetie qua dicitur Isaie xxv. Deus ipse ueniet et saluos nos. Tunc aperientur oculi cecorum. et aures surdorum patebunt. tunc saluet sicut ceruus claudus. et aperta est lingua mutorum. Secundo ratione multitudinis et abundantie quibus enim ante Christum multa miracula facta fuerunt. Christus tamen in abundantia ipsa fecit Jo. xv. Si opera non fecissem in eis sed in abundantia que nullus alius fecit etc. Tercio ratione singularis potentie qua Christus solo imperio miracula faciebat. unde dicit Ambrosius. Si Tobias lumen recepit hoc fuit angeli non hominis medicina. Si Helias mortuus suscitauit ipse rogauit. Si Helises leprosum mundauit. ualuit figura misterii. non auctoritas precepti. Possunt autem hec infirmitates spiritualiter intelligi. Ceci enim sunt qui peccat per ignorantiam. clau-

di qui per impotentiam. leprosi qui per maliciam. surdi qui per consuetudinem longam. mortui qui per finale impenitentiam. Deinde ponit miracula spiritualia que sunt propria deo. unum quod consistit in conuersione peccatorum a culpa. cum dicitur pauperes euangelisantur id est per euangelium illuminantur. et conuertuntur. Psal. lxxvi. Euangelizare pauperibus misit me. Fit autem potius mentio de pauperibus quam de diuitibus. quia pauperes facilius conuertuntur. tum quia diuitius superbia est annexa. et sicut Gregorius. Tumor mentis est obstaculum ueritatis. tum quia cor diuitis est plenum sollicitudinibus seculi. que suffocant uerbum dei. tum quia diuites habent consolationes temporales. et ideo paruipendunt spiritualia. Secundum miraculum spirituale consistit in fide uera cum dicitur. Beatus est qui non fuerit scandalisatus in me. Est autem scandalum grece idem quod obex latine. Obex autem est lapillus in terra occultatus in quem improuidus uiator impingit. Lapis iste est Christi diuinitas in terra nostre mortalitatis abscondita. que multis fuit occasio scandalum. dum uidentes hominem passibilem non credebant eius diuinitatem. Ex hoc autem uerbo secundum glossam. nuncios istos tagit. qui in cristum non credebant sed purum hominem ipsum esse putabant. Ista autem miracula spiritualia sunt maiora quam corporalia. Maus est enim secundum Augustinum. iustificare impium quam creare celum et terram. plus est uiuificare animam in eternum uicturam quam suscitare carnem iterum morturam. Plus est in anima reformare ymaginem dei quam in corpore reparare materiam uilis limi. Tercio ponit commendatio Iohannis cum dicitur. Illis autem ab eum

tibus 7c. Doluit at xps Johānez excusare uel cōmendare in presentia nūciorum. triplici de causa. Primo. quia non erat necesse cum ipsi sciret. q̄ Johannes illā questionē non fecerit dubitando. sed in persona ipsorum interrogando. Secūdo. quia discipuli credebant Johānem eē xpm. 7 ideo si tā magna preconia a xpo audiuissent. in suo errore potius cōfirmati fuissent. Tercio. ne uideret in quādam adulationem loqui. Crisost. Blādiores in faciem laudant. uel corā domesticis. uir autem sapiēs quādo laudat in facie. flagellat in corde. Excusat at ipsum quadrupliciter. Quidā autē poterāt imponere incōstantiam. et leuitate. q̄ modo quasi sciens predicaret. modo quasi nesciēs interrogaret. Cōtra hoc dicit q̄ non est arundo. ut modo flectatur uento prosperitatis. modo impellatur uento aduersitatis. Gregorius. Arundo Johānes non erat. quez a status sui rectitudine nulla rerū uarietas inflectebat. Alii poterāt sibi imponere adulationem. quia in presentia euz commēdabat. 7 in absentia se eū non cognoscere ostēdebat. Contra qd̄ dicit. hominem mollibus uestitū. Adulatores enim in aula regū morantur. ut bene pascant. 7 nutriant. Uñ 7 ab aula adulatores dicti sunt. Johānes autē de uictu 7 uestitu non curauit. 7 ideo adulator non fuit. Alii poterant sibi imponere prophetie imperfectionem. q̄ scz habuit tm̄ prophetie spiritū de presenti. non de futuro. Contra quod dicit. prophetā. etiā dico uobis. 7 pl̄ q̄ prophetā. q. d. prophetie spiritū habuit. 7 de futuro. de preterito. et de presenti. Alii poterāt sibi opponere al-

liquam dubitationē. Contra quod angelum eum uocat. angelus enim dubitare non potest. tūz quia est confirmatus in ueritate dei. tum quia uidet semper faciē dei. tum quia audit semper ueritatē a deo. Johannes ergo similis fuit angelo. 7 quia in utero matris confirmatus fuit. 7 quia spiritū sanctum uidit. 7 quia uocem patris audiuit.

Dominica tertia aduētus domini
Sermo secūdus.

Quid existis in desertum uidere? arundinem uēto agitataz. 7c. Cōmēdatio que fit ab aduersario est firma. que fit ab hoīe sancto est fidedigna. que fit ab āgelo est certa. que fit a deo ē probata. i. Coz. xii. Non enim qui seipsum cōmendat ille probatus est. sed quē deus cōmēdat. Johānes igit cōmendatus ē ab Herode aduersario. qui sicut dicit Matth. vi. ieum metuebat. eū uirum sanctū 7 iustum sciebat esse. 7 iō talis cōmēdatio fuit firma. Cōmendatus est ab hominibus bonis. quia sicut dicitur Matth. xxi. Omnes eū sicut propheta tam habebant. 7 iō talis cōmēdatio fuit fide digna. Cōmendatus ē ab angelo. qui dixit Luc. i. Ecce eū magnū coram dño. 7c. 7 ideo talis cōmēdatio fuit certa. Cōmendatus est a deo ut in euangelio hodierno habet. 7 iō talis cōmēdatio fuit probata. Volens autem xps ipsum cōmendare duo de ipso negat. s. q̄ nō fuit arūdo. nec mollibus uestitus. Duo at affirmat. s. q̄ fuit propheta. 7 q̄ fuit āgelus. 7 iō q̄ tu or magnas uirtutes ipsum habuisse dicit. Primo nāq̄ habuit magnaz in mente firmitatē. ideo dicit ipm arun-

clinem non fuisse. arūdo quidem radici
ces in arena habet. Illi igitur sunt arun
do qui radices amoris figunt in ter
renis. Edificiū seu plāta in arena fun
data tria timet. s. uentū pluuiaz et flu
men. ut habet. Math. vi. Per uētuz
igitur qui ab aere uenit tēptatio demo
nis intelligitur. qui in aere cōmoratur.
Per pluuiā que de celo descēdit. intelli
gitur aduersitas que a deo uenit.
Per flumen quod in terra fluit. intelli
gitur persecutio quam terrenus tyrān
nus infligit. Facile est igitur uidere q̄s
sit arūdo in arena. quis sit firma co
lumna in petra. Si enim uētuz tēpta
tionis aliquē frāgit. arūdo fuit. si tem
ptationi resistit. colūna firma permā
sit. Si pluuia diuine animaduersionis
aliquē aspersit. ille impatientis extitit.
arundo fuit. si patiens fuit. colonne fir
mitatem habuit. Si ad flumē alicuius
persecutionis aliquis eradicat. arūdo
fuit. si solidus perseverauerit. colūna
extitit. Beatus igitur Iohānes non fuit
arūdo. sed firma colūna. Passus ē em
uentum. quādo iudei pro x̄po ipsum
recipere uoluerūt. sed non potuit flecti.
Passus ē pluuiā. quādo deo permit
tente fuit incarceratus. sed non potuit
cōmoueri. Passus est flumē. quando
decapitatus fuit. sed non potuit a so
liditate iusticie eradicari. Secūdo ha
buit magnā in corpore asperitatē. hō
dicit ipsum mollibz uestibz indutum
non esse. scđm āt Cris. tribus de cau
sis potest quis uestes deferre. Primo.
propter ostentationem uane glorie. si
cut ille diues qui induebat purpura et
bissos. Secūdo. ppter infirmitatem ne
cessitatis humane. sicut patet Genesis
iii. Vbi deus Ade et uxori sue tunicas

pelliceas fecit. ut scz nuditatē suā tege
rent et frigus arcerent. Tercio propter
mortificationē carnis nostre. sicut lei
gitur. iiii. Re. i. de helya. qui zona pel
licea accinctus erat. Iohānes igitur non
ferebat uestes suas per ostentationem.
quia non erant uestes uanitatis sed ui
lilitatis. Stabat etiā in deserto ubi a ne
mine uidebat. Nemo autēz sicut dicit
Gregorius. pulcras uestes portare ap
petit ubi a nemine uideri se credit. nec
ferebat eas simpliciter propter huma
nam necessitatem. quia uestes de pi
lis cameloz facte cum sint frigide. ad
frigus expellēdū non inueniunt ydo
nee. Ferebat at eas ppter carnis mor
tificationē. et tamē mortificatōe nō in
digeat. qui in utero sanctificatus fu
erat. qui nunq̄ pctm̄ commiserat. qui
angelicā vitā ducebat. Quid ergo nos
dicturi sumus. qui immūdi nascimur.
qui pctā multa cōmittimus. qui sepe
brutalē uitā ducimus. et tamē nullam
carnis molestiā pati uolumus. Tercio
habuit magnā in ore ueritatē. ideo di
cit eum fuisse prophetā. et plusq̄ pro
phetam. Cum em̄ quidā prophete fu
erint de preterito ut Moyses. quidā
de futuro ut Isaias. quidā de presen
ti occulto ut Elizabeth. Iohānes autē
omnes istas tres prophetias habuit.
scz de preterito. quia x̄pi natiuitatez
de spūs sancto factā esse nouit. Jo. iiii.
Qui de terra est de terra loquitur. qui
de ce. ue. super om. est. De presenti. quia
cognouit ipsum esse filiū dei. Jo. pri.
Ego uidi et testi. perbi. quia hic est fi
dei. Et de futuro. cum dixit ipsum in
ara crucis esse immolādum. Jo. i. Ec
ce agnus dei. Et circa hoc at sciēdum
q̄ sunt quidā prophete dei. quidam

dyaboli / quidam fuerunt primo p/
phete dyaboli. sed postea facti sunt
dei. Et quidam prophete dei. s; postea
facti sunt dyaboli. Prophete dei sūt.
qui instar Iohannis sunt prophete /
quantū ad tēpus preteritū. presens et
futurū / qui scz 7 tēpus preteritū bene
expēderunt / 7 presens bene expendūt.
7 futurū bene expēdere intēdunt. Alii
uero sunt prophete dyaboli / quātuz
ad tempus preteritum. quia ipsum in
uanitatibus consumpserunt / sed post
moduz facti sunt prophete dei / quia
7 presens tēpus deo dāt. 7 futurū da
re proponunt. Dicit enim Ber. q; uere
penitens de tēpore nihil perdit / quia
uel preteritū recuperat per satisfactio
nem / 7 presens tenet per bonā operati
onem / 7 futurū per immobilē uolūta
tem. Alii sunt prophete dyaboli. q; a
prteritū male cōsumpserūt / 7 presens
male expēdunt / futurū autem qd om/
nino dubium est deo dare uolunt / di/
centes. adhuc penitētiā agā. Talis
propheta fuit Balaam. de quo dicit
Numeri xxiii. qui ait ad orient' anima
mea morte iustoz 7 fiat nouissima me
a hoz similia / Non enī desiderabat
habuisse bonā uitā iustoz preteritaz.
Dec habere bonā presentē. sed tm fu
turam. Quarto habuit magnam in
uita sanctitatez / ideo dicit eum fuisse
angelum. In angelo at tria reperiunt
scz essentie puritas / obedientie ueloci
tas / 7 feruens charitas. Psal. Qui fa
cis angelos tuos spūs. ecce quāta pu
ritas. substantia enim spūalis de se pu
rissima ē. Et ministros tuos. ecce quā
ta obediētie uelocitas / Ignē urentem
ecce q; feruēs charitas. Tam purz at
est angelus. q; a dyoniso speculū pu

rum uocat. Sic Iohānes tante puri
tatis extitit / q; omnes nras imparita
tes in eo possumz speculari. Ibi enim
auari speculari possunt deformitatez
cupiditatis sue. q; oīa terrena contē
psit. Ibi supbi deformitatē elatōis sue.
quia profunde se humiliavit. Ibi im
mundi deformitatē cōcupiscentie sue.
quia uirgo extitit. Ibi gulosi deformi
tatem uoracitatis sue. quia ualde abs
tinens fuit. Ibi uanigloriosi deformi
tatem ambitionis sue. quia de pilisca
meoz uestes portauit. Secūdo habu
it feruētez charitatē. propter quā om
nia despexit. Cantico. viii. Si dederit
homo omnē substantiam domus sue
pro dilectione. quasi nihil des. eā. Iō
conuenire potest sibi illud Hier. xii.
Reliqui domū meā. dimisi hereditatē
meam. dedi animā meā in manz ini
me. Cum ei esset filius summi sacerdo
tis 7 unicus patris sui. ipse tamē do
rum paternā deseruit / hereditatē sibi
debēdam cōtempserit / heremum intra
uit. 7 tandē animam suā pro iusticia
in mortē dedit. Tercio habuit prō
ptam obediētiā / est autē quedā ob
edientia in prosperis / 7 hec non debet
habere aliquid de suo / quedam in ad
uersis 7 hec debet habere de suo / quel
dam in medijs 7 hec aliquid debz ha
bere de suo. 7 nihil debet hēre de suo.
Preceptū sibi fuit quoddā magni ho
noris. ut scz xpm baptisaret. 7 hec ob
ediētia nihil habuit de suo. quia hūili
ter recusabat / preceptū fuit sibi a spū
sancto. quoddā magne difficultatis.
ut scz homines fugeret. 7 desertū intra
ret / 7 hec obediētia multum hz de suo.
quia p̄tinus obediuit. Preceptum si
bi fuit quoddā. quod habebat digni

tatem et difficultatem. scilicet officium pre-
dicandi quod quidem est dignissimum
quia fuit officium christi. et est laboriosum
Johannes autem illud officium sibi nolu-
it usurpare. cum esset officium dignum
tamen noluit recusare. cum esset officium
laboriosum. Non enim seipsum mit-
tere uoluit. sed usque ad annum. xxx. ex-
pectauit. et tunc deo precipiente obedi-
uit. Unde dicitur **Lu. iiii.** Factum est uer-
bum domini super **Johannem** zacha-
rie filium in deserto. et uenit in omnes
regionem iordanis. predicans baptis-
mum penitentiae. in remissionem pecca-
torum.

Sermo tertius.

Quoniam audisset **Johannes** in uin-
culis opera christi etc. Multi au-
dierunt uerba christi. et eis non pro-
fuit. quia sibi credere noluerunt. **Hebr.**
iiii. Non profuit ei sermo auditus. non
admixtus fidei. **Alii** uiderunt miracu-
la christi. et eis non profuit. quia ea per-
uerterunt. **Matth. xii.** In **Belzebub** pri-
ncipe demoniorum eicit demonia. **Alii** u-
derunt sanctitatem et opera christi. et eis non
profuit. quia ea imitari contempserunt.
Sapientie. ii. Grauis est etiam nobis ad-
uidendum. quoniam dissimilis est uita
illius. **Johannes** autem in carcere positus.
et uerba christi referri audiebat cum reue-
rentia. et miracula eius cum ammirati-
one multa. et sanctitatem et opera eius cum
deuotione magna. et ideo sue incarcera-
tionis oblitus. et de salute discipulorum
solicitus. discipulos ad eum misit. ut
audirent uerba eius quibus instrueren-
tur. uiderent miracula eius quibus con-
uerterent. et sanctitatem et opera eius qui-
bus edificarent. **Notandum** autem quod **Johannes**
in quadruplici carcere fuit in hoc

mundo **Primus** est carcer deserti. in quo pro-
pter deum se multo tempore incarceratione
ut sensus suos mundos seruaret. quos
in christi obsequium debebat suo tempo-
re macipare. **Sciebatur** enim quod in mun-
do sensus suos conseruare non potuis-
set mundos. quia uisus ibi sepe corrumpitur
uauitates uidendo. **Auditus** uer-
ba detractoria audiendo. **Olfactus** ua-
rios odores adhibendo. **Os** uana se-
pe loquendo. **Et manus** eas sepe ad il-
licita extendendo. **Uoluit** igitur in deser-
tum fugere. ut mundos seruaret oculos
quibus spiritus sanctum in specie columbe
dei filium erat inspecturus. **Aures** quibus
uocem patris erat auditurus. **Os** quo tri-
sti testimonium erat prolaturus. **Olfactum**
quo christi odore erat pensurus. **Et ma-
nus** quibus christum erat baptisaturus. et
digito ostensurus. **Sui** igitur sensus su-
os corporales diligenter custodit qua-
tuor magnas utilitates inde acquirit.
quas ponit propheta dicens. **Si mei**
non fuerint dominati. **Uocat** autem me
os sensus proprios. qui tunc non dominantur
quando sub romani dominio coercentur.
Prima utilitas est preseruatio a
maculis futuris. ideo dicit **Tunc** im-
maculatus ero. **Uideo** sanctus **Job**. ut ab
istis maculis futuris se preseruaret di-
cebat. **Job xxx.** **Depigi** feci sedes cum ocu-
lis meis etc. **Sicut** enim dicitur **Eccl. ix.**
Ascendet mors per fenestram. enim ingres-
sa est domum. **Secunda** utilitas est emun-
datio a delictis preteritis. non tamen par-
uis et magnis. sed etiam maximis. **Uideo**
subdit et emundabor a delicto maximo
Uideo idem propheta postquam ex incau-
to aspectu in delictum maximum cecide-
rat. sensus suos postmodum custodiuit.
et ideo mundari premeruit. sed quia ipsos

per se custodire non sufficit. a deo custodiendos petit dicens. **A**uerte oculos meos ne uideant uanitatē. i. uia rē.
Tercia utilitas ē quia orōnes rālium sunt deo placite. ideo subdit. **E**t erūt ut cōplaceant eloquia oris mei. **P**ropter hoc monet nos deus ut in cubiculū cordis intremus. et ostia sensuum foris claudamus. **P**sa. xx. **V**ade popule meus. intra in cubicula tua. et claude ostia super te. **Q**uarta utilitas est quia meditationes nostre sunt deo acceptę. **I**ō subdit. et meditatio cordis mei in cō. t. **I**deo sancti uiri tēpus nocturnum eligunt ad meditandum. quia tunc nō impediunt distractione sensuum. **P**sal. **I**n matutinis dñe medi. in te. **I**tē meditatus sum nocte c. cor. **S**ecundus ē carcer corporis proprii. **D**eus enim animam quodāmodo corpori incarceratione. quā ipsam spūalem substantiam carni uniuic. **Q**uod maxime tribus de causis fecit. quarū primas duas ponit **G**regorius nazanzenus. **P**rima est. ut anima in carne. et per carnē merita multa conquireret. **P**lura enim sunt in quibus anima per carnem meretur. in quibus sine carne mereri non posset. sicut est contra carnales concupiscētiās decertare. ieiunare. peregrinationē assumere. et martiriū sustinere. **S**ecunda est. ut animā carnem ipsam tanquā fidelis custos deo cōseruaret et custodiret. et eā in supernis sedibus collocaret. **C**aro enim per se beatitudinis susceptiua non ē. nisi mediāte animā stolam immortalitatis indueret. **T**ercia est. ut deus uniuersum suū perficeret. **C**um enim sit quedā creatura pure corporalis sicut creatura sensibilis. quedam pure spūalis ut āgelus. oportuit adhuc ut dei uniuersum cōpleretur.

et alia fieret creatura. que carne et spiritu esset cōposita. ut est hō. **D**eutro. xxxi. **D**ei perfecta sunt opera. **A**b isto tamē carcere corporis sancti uiri educti desiderāt. triplici de cā. iuxta illud **p**sal. **E**duc de carcere animā meam ad cō. n. t. **P**rimo enim exire desiderant ut assequantur mētis iocūditatē. in isto enim carcere sunt semper in tristitia. sed exuti in leticia semper erūt. **E**t iō propheta postquā dixit. **E**duc de custodia. siue de carcere animā meā. statim subiunxit. ad cō. n. t. i. ut laudet et glorificet nomē tuū. **P**sa. xxxv. **G**audiū et leticiā obtinebūt. et fugiet dolus. **S**ecundo ut assequantur propinquorū et amīcorū societate. unde subdit. **D**e expectant iusti. hinc est quod quādo sancti moriuntur. ad p̄ses suos siue ad populū suū apponi debent. **G**en. xxv. **M**ortuus est abrahā in senectute bona positusque est ad populū suū. **T**ercio. ut assequantur possessionē et domorum suarū et totius hereditatis plenā facultatē. unde subdit. **d**onec retribuas mihi. **p**sal. **T**u es qui resti. hereditariam meam mihi. **T**ercio est carcer. mundi de quo sancti uiri quadruplici de causa exire desiderāt. **p**sal. **D**eu me quia incolatus meus prolongatus ē. **P**rima. quia ista peregrinatio est nimis longa. quod notat cum dicit. **D**eu me quia incolatus meus pro. ē. licet ei sit uita breuis. amāti tamen nimis longa uidetur. ubi dicit glosa ibidē. **E**t si tēpus sit breue amāti desiderio. tamen nimis longum esse uidet. **S**ecunda quia sancti uiri hēnt hic hospitia ruinosā. quod notatur cum dicit. **H**abitam in tabernaculis cedar. **I**stam enim literam exponit glosa. dicit autē tabernaculum a

a taberna sicut dicit Hugucio/ eo qd nō
sit domus stabilis/ sed ad tempus du
rans/ sicut fit in nūdinis/ sicut ⁊ sancti
uiri non habēt hic ciuitatē manentem.
sed futurā inquirūt. sicut dicit heb̄.
xiii. **Tercia** quia habēt uia tenebro/
sam. quod notat̄ cuz dicit Cedar. qd
interpretat̄ tenebre Job xxviii. Nos
quippe inuoluimur tenebris. **Quar/
ta** quia habēt societate peruersa/ qd
notatur cum dicit. Cum his qui ode
runt pa. e. pa. Habēt em̄ malos soci/
os/ ⁊ mūdum carnē ⁊ dyabolū. **Dū**
dus eos turbat per oppressionē Jo.
xvi. **In** mūdo pressurā habebit/ **Ca/
ro** per impugnationē Gal. v. Caro o
cupiscit aduersus spiritū/ **Et** dyabo/
lus immittēdo diuisionē. **Mat̄. xiii**
Venit inimic⁹ et super seminauit ⁊ ⁊ ⁊ ⁊
niam. **Quartus** est carcer tyranni in
quo Iohānes posit⁹ fuit propter ue
ritatem triplicē. **Primo** propter uer
tatem iusticie/ quam defendebat. Dice
bat enim Herodi **Mat̄. vi.** Non licet
tibi habere uxore fratris tui. **Secun
do** propter ueritatē doctrine/ quā pre
dicabat. **Dam** s̄m Iosephū. iudēs he
rodes populi multitudinē ipm sequē
tem. eum in carcere posuit. **Tercō** pp
ter ueritatē uite. quam tenebat. Sicut
enim serpētes odorē uinearū fugiunt/
⁊ noctue lucē solis non sustinent. Sic
iudei uitā Iohānis imitari non ualē/
tes. ipsam dyabolo ascribebāt. **Mat̄.**
thet. xi. Venit Iohānes non mandu/
cans neq; bibēs. ⁊ dicunt demoniū h̄.
Istum at̄ carcerē tyrannorum sancti
uiri paciēter portāt/ sciētes qd ex tribu
lationibus presentis uite tria bona ac
quirūt. **Primo** dei misericordiā expur/
gantem. **Grego.** Quod lima ferro ⁊ fla

gellum grano ⁊ fornax auro. hoc fa/
cit tribulatio uiro iusto. **Secūdo** dei
gratiam dulcoratē/ unde ipsi perse/
cutores apes necant. **Psal.** Circumde
derunt me sicut apes/ apes em̄ licz pū/
gant tamen mella cōponunt. Sic etia/
q̄uis caro iusti tribulationib⁹ crucie/
tur. tamen ei⁹ anima dulcedine gr̄e sa
ginatur. **Tercio** dei gloriā letificatē/
Unde Aug⁹. in libro superio/ quiqua
gesima omel⁹. persecutores uocat tor/
cularia ⁊ molas. sanctos at̄ qui perse
cutionē patiunt. uocat uinū ⁊ oleum.
Postmodū in fine cōcludit. **Cōsidera**
qd illi qui te persequunt̄ apud deū ne/
lut mole. aut torcularia deputant. Tu
uero quasi oliua. ⁊ quasi uua legitima
paruo tēpore pressurā maloꝝ sustine
re cogeris/ sed postea illis sine fine re/
manebit opprobrium. tu felici cōsum
matione trāsibis ad regnū

Dominica quarta **Ter. primus.**
Iserunt iudei ab Hieroso/
limis sacerdotes ⁊ leuitas
ad Iohānem ut interroga
rent eum. **Tu** quis es. **Jo.**
pri. **In** isto euangelio plura per ordi
nem quēda occurrūt. **Prō** quare iu
dei potius opinabant̄ de Iohāne qd es
set xps qd de dño Ihesu xpo. **Ad** hoc
respondet **Cris.** qd hoc fuit triplici de
causa. **Primo** pp̄ter habit⁹ asperita/
tem. Xps em̄ ferebat uestes cōmunes.
Iohānes at̄ uestes de pilis camelorū
confectas. **Secūdo** pp̄ter uict⁹ par
citatē/ quia xps panē ⁊ uinū cū pec
catoribus comedebat. Iohānes autē
habuit durissimū uictū/ ⁊ uitabat cō
sortia pctōꝝ. **Tercio** propter gens
illustre/ quia xpm de fabro p̄genit⁹
esse credebāt. ⁊ de paupere muliere na

tum esse sciebant. Jobānem uero filiū summi sacerdotis esse cognoscebant.
Secūda questio est. quare Jobānes negauit se esse Helyā. cum dominus dicit Math. x. Et si uultis recipere ipse est Helyas. Ad quod dicēdum q̄ s̄m Dionisiū in omni re reperiunt̄ tria. s. substantia. uirtus. et operatio. Jobānes igit̄ non fuit Helyas quātum ad substantiam. Fuit ac̄ Helyas quātum ad uirtutē et operationē. Habuerunt em̄ ambo easdē uirtutes. scz tēperantiam in abstinēdo. fortitudinē in constanter reprobēdo. prudētiam in prohibendo. et iusticiā in ueritate defendēdo. quia Jobānes iusticiā defendit usq̄ ad mortē. et Helyas usq̄ ad mortis cōmuationē. sicut p̄. iii. Reg. xix. Quādo iezabel mortē sibi omīnata est. et habuerūt etiā ambo eādē operationē scz idem officiū. quia uterq̄ fuit precursor. sed ille in secūdo aduentu. iste in primo. Tercia q̄stio est quare negauit se esse prophetam. cum dominus dicat eū esse prophetā et plus q̄ prophetam. Ad quod dicēdum q̄ prophetā tripliciter accipi pot̄. aut generaliter. aut specialiter. aut singulariter. Primo pot̄ accipi generaliter. p̄ quolibet prophetā. et tunc dixit se nō esse prophetā scz t̄m. quia plusq̄ prophetā erat. tanq̄ si aliq̄s diceret de imperatore q̄ non esset rex. scz t̄m. quia est plusq̄ rex. quia imperator. et tamē in ueritate est rex. quia om̄is imperator ē rex. sed non om̄is rex imperator. Sic Jobānes dixit se non eē prophetā. quia erat plusq̄ prophetā. quia om̄is plusq̄ prophetā est prophetā. sed nō om̄is qui est. p̄pheta est plusq̄ prophetā. Secūdo pot̄ accipi prophetā spe-

cialiter scz pro p̄pheta id ē messia i lege promisso. De quo dicit Deutro. x. viii. Prophetā suscitabit uobis dñs de fratribus uestris tanq̄ ipsum me au. Et quātum ad hoc ueritatē dixit q̄n prophetā se non esse asseruit. Tercio potest hic accipi. p̄pheta singulariter. et sic sc̄m glo. accipit̄ pro Heliseo. p̄pheta. qui apud iudeos antonomastice. p̄pheta dicebat̄. et eximius prophetarum propter plenitudinē sp̄s̄ sancti. prophetādi. et miracula faciēdi. quem in duplo acceperat ab Helya. et ipse etiā am̄ baptisma figurauit quādo Naaman septies in Jordane lauare fecit. Credebāt igitur iudei Jobānem Heliseum esse. cum quia baptisabat. tū quā tantā sp̄s̄ sancti plenitudinē habebat. quātum ad hoc etiā Jobānes uerum dixit. quādo prophetā esse se negauit. Nō erat igit̄ Jobānes Helyas uel Heliseus. sed utroq̄ maior. Nam in Helya fuit sp̄s̄ simplex. in Heliseo duplex. ut habet. iiii. Reg. ii. In iohāne uero triplex. quia prophetauit i uero quādo x̄pm agnouit. In mūdo quādo x̄pm digito demonstrauit. in limbo quādo aduentum x̄pi sanctis patribus nūciavit. Maior igit̄ fuit q̄ Helyas uel Heliseus. quia Helyas habuit sp̄s̄ sancti prophetie t̄m in uita. Heliseus in uita et in morte. quā scz mortuus mortuū suscitauit. iuxta illud Eccl. de. xviii. Mortuū prophetauit corpus eius. Jobānes autem habuit et ante uitam. et in uita. et post uitā. Quarta questio est quare Jobānes uocatur prophetā. et plusq̄ prophetā. Ad quod dicēdum q̄ prophetarum quidā habēt sp̄s̄ sancti prophetie t̄m de p̄terito. quidā de presenti occulto. quidā de fu-

turo Johānes āt de omni tēpore ha/
buit spm̄ prophetie. Vnde dicit Jo/
hānis prio Ipsē est qui post me uētu
rus ē. Ecce prophetia de futuro qui
ante me factus est. Ecce prophetiam de
preterito cuius nō sum dignus soluere
cori. cal. Ecce prophetia de p̄senti oc
culto. Vel p̄t dici q̄ Johānes dicit
plusq̄ propheta quia ceteri prophe/
te habuerunt spm̄ prophetie in uita.
Ite āt ut supra dictū est habuit et an
te uitā et in uita et post uitā. Quinta
questio est quare appellauit se uocem.
Cuius prima rō est quia uerbū in cor/
de est sed manifestat̄ per uocē dicentē
et ponit̄ in corde audiētis / et sicut ni/
hilominus uerbū adhuc remanet i cor
de dicētis et audiētis. et uox transiit sic
etiam xp̄s qui est uerbū in corde pa/
tris ad nos uenit et Johānes ip̄m no
bis manifestauit. et sic xp̄s remanet in
corde p̄ris per eternā generationē et in
cordibus n̄ris per fidē et Johānes trās
iuit per mortē. Secūda ratio est quā
sicut uerbū prius est q̄ uox et tamen
uox uehit et preit uerbuz. sic xp̄s fuit
ante Johānem. unde ipse dixit Jo. i.
Prior me erat et tamen Johānes pre/
cessit xp̄m. Luce. i. Ipsē precedet an̄ il
lum et c. Tercia rō quia sicut uox cō
iuncta est uerbo nec tamē est uerbum
Sic Johānes multa sanctitate coniu/
ctus fuit xp̄o. nec tamē fuit xp̄s. Quāz
xp̄s sponsus fuit Johānes amicus sp̄o
si ut dicit Jo. iiii. Christus fuit sol Jo
hannes lucifer. ut dicit Job. xiii. Chri
stus fuit ignis Johānes facula sicut di/
citur Ecclē. xviii. Ecce quāta similitu
do fuit Johānis ad xp̄m et tamē nō
fuit xp̄s. Sexta questio ē quare di
xit Johānes de xp̄o qui post me uen

urus est. cum tamē iam uenisset Et q̄
re dixit qui āte me factus ē. Aut ei hoc
intelligit̄ inquantū hō et tunc non ui/
detur esse uerū quia xp̄s nō ē factus
homo āte Johānez sed ecōuerso. Aut
inquātum deus et tunc similiter nō ē ue/
rum quia deus nō est factus. Dicēdum
āt q̄ cristus post iohānem erat uētū
rus quia āte ipsum erat predicaturus et
baptisaturus et moriturus. Quō āt dicit̄
tur ante me factus est. potest̄ intelligi
inquātum homo et inquātum deus. Nā
inquātum homo factus est ante eum
nō tēpore sed dignitate. ut dicat̄ an
te eum factus est i. sibi prelat̄. Inq̄n
tum āt deus est ante eum factus est et tem
pore quia ab eterno et dignitate quia
est super omnia deus. ymō etiā est et āte
Abraham Jo. viii. Anteq̄ Abraham f̄i
eret ego sum. ymō etiā ante luciferum
ysaī. Ante luciferū genui te et tunc fa
ctus improprie accipit̄ quia nō ē fa
ctus sed genitus. Septima q̄stio est
quare dixit mediū uestrū stetit et c. Ad
quod dicendum q̄ caro hūana in no/
bis est terra. Ecclē. iiii. De terra scā sunt
omnia et in terrā pariter reuertentur.
In cristo autez est mediū terre ysaī.
Deus autē rex noster āte secularē. Na
tura ei hūana habuit duo extrema
unum quo fuit sub innocētia / Aliud
quo fuit sub miseria. Caro āt cristi cū
utroq̄ extremo participauit et iō me
dium terre fuit. Nam de primo statu
accepit innocētiā de secūdo penali
tatem et miseriaz. Et ideo dixit. stetit.
quia nunq̄ cecidit sedit uel iacuit. Ca
dit quis per p̄t̄m. sedit per ocūz. ia
cet per cōsuetudinē longam in malo.
In cristo āt nihil istoz fuit. et iō sem/
per stetit. Octaua questio ē qualiter

intelligitur quod dixit. **Non sum di-**
gnus ut solua eius corrigiaz calciame-
ti. Ad quod dicendum. **q̄ pot̄ intelli-**
gi ad litera q̄ propter x̄pi sublimitate
7 sua paritatez non reputabat se di-
gnum cristo etiā infimū seruitū exhi-
bere. **Del per hoc uoluit incarnatōis**
mysteriū designare. **In x̄po quidē ē di-**
uinitas. caro 7 anima. **Per pedē signa-**
tur diuinitas quia sicut pes totū cor-
pus sustentat. sic 7 diuinitas oīa por-
tat. **Debre. i.** **Portansq̄ omnia uerbo**
uirtutis sue. **Per calciamentū intelli-**
gitur caro mortalitati subiecta 7 quo-
dāmodo diuinitati uestis effecta. **un-**
de dicit Grego. **Venit ad nos diuini-**
tas calciata. **Per corrigiā signat̄ ei9 a-**
nima quia sicut corrigia calciamentum
pedi astringit sic mediāte anima car-
ni diuinitas sociat̄. **Qui igit̄ non co-**
gnoscit mediū non cognoscit aliquod
extremo. **In hoc q̄ dixit se non esse**
dignū. s. insufficientē cognoscere x̄pi
animam. dat intelligere q̄ nō fuit suf-
ficiens cognoscere. nec carnē de uirgīe
genitam. nec diuinitatē eternam. **Del i**
hoc q̄ dixit se nō esse dignū corrigiaz
calciamentū soluere. dat itelligere se nō
esse dignū cristi sp̄sā id ē ecclesiam
usurpare. **Et istud dicit̄ s̄m morem le-**
gis. quia ut habet̄ Deutro. xxv. Cal-
ciamentum detraheb̄ at̄ ab illo. q̄ spon-
sam ducere recusabat. 7 ille q̄ detraheb̄
bat ipsam sibi i sp̄sā accipiebat.

Sermo secūdus de eodē

Ego uox clamantis in deserto
dirigite uia domini **Jo. prio**
Apud iudeos tres opiniones
de iohāne eē uidebant. **Quidā em̄ di-**
cebant ipsum eē x̄pm propter nimiaz
eius sanctitatem 7 baptisandi aucto

ritatem. **Alii dicebāt ipsum esse Hely!**
am propter habitatiōē deserti. absti-
nentiā cibi. asperitatē indumenti.
7 feruorē zeli. **Alii dicebāt ipsum eē a-**
liquem magnū prophetā. de priorib9
suscitātū propter grām prophetandi.
sicut glosa innuere uidet̄. iō ad ipsuz
nuncios direxerūt ut super his ab eo
discerēt ueritatē. 7 cum respōdisset se
non esse cristū. neq̄ Helyā neq̄ pphe-
tam. dixit se eē uocem. **Ego inq̄ uox**
clamantis in deserto. **ubi dicit se ad**
tria missum fuisse. s. ad precedēdū. ad
clamandū. 7 ad dirigendū. **Primo ad**
precedēdū cū dicit Ego uox. Sicut
enim uox naturaliter precedit uerbuz
sic Iohānes precessit x̄pm. Cris̄ em̄
uerūm est p̄ris omnipotentis. Jo. i.
In principio erat uerbū. 7 uerbū erat
apud deū. 7 de9 erat uerbuz. Cui9 uer-
bi Iohānes uocē se dixit. quia ei9 p̄-
cursor 7 preco erat. **Secūdo ad cla-**
mandum cum subiūgit. clamantis in
deserto. **Tercio ad dirigendum cum**
subdit. dirigite uiam dñi. **Primo igit̄**
tur dicit se missum eē ad precedēdum.
quia cristum predicādo 7 baptisando
precessit. ideo dicit ego uox. de uoce
autem sic dicit̄ Ps̄d. i. libro et̄bi. Per-
fecta uox est alta clara 7 suavis. Alta
ut clamare i sublimi sufficiat. clara ut
ures audiētium adimpleat. suavis ut
auribus audiētium blandiat. Et sub-
dit. Si aliquid ex his defuerit perfec-
ta uox non erit. **Talis fuit uox predi-**
cationis iohānis. **Fuit enim alta. q̄ a**
primus de altis 7 celestib9 predicauit.
cum dixit. Mat. iij. Penitentiam agite.
appropinquat em̄ regnū celoz. **Quisq̄**
em̄ in tota sacra scriptura audiat̄ fue-
rat nominare regnū. nisi cum

Johānes hic ipm primo nominavit.
habet uirtutē nutritiua. **Mathei. iii.** Non in solo pane uiuit hō. sed in omni uerbo quod procedit et. **Est** aut triplex periculū circa istū cibum. **Primum** quādo quis cibuz non sumit. i. uerba dei fastidit. **Psal.** Omnē escam abhominata est anima eoz. **Si** tales portis mortis sunt uicini. **caueāt** ne fiat in trānei. **Secūdum** est quādo quis cibum retinere non pōt. **Grego.** Eterne mortis periculū formidate si cibū scē exhortationis accipitis et in uētre memorie non tenetis. **Tercū** est quādo iste cibus non digerit. **Tunc** em uerbū dei non digerit sed in stomacho memorie crudū morat quādo per opera non implet. **Iaco. i.** Estote factores uerbi. **Tercio** uerbū dei dicit semē quia habet uirtutē generatiuā. **Iac. i.** Voluntarie em genuit nos uerbo uel ritatis. **Est** aut quintuplex generatio que non pōt fieri nisi per uerbū. **Prima** est naturalis que habz fieri per carnis propagationē. **Nullus** enim filius pōt legitimus generari nisi per uerbu. id ē nisi inter generātes prius interueniat o sensus uerbi. **ut cum dicit** uir. accipio te in meā. **mulier** accipio te in meum. **Secūda** est legalis que est per adoptionem. **et ista** similiter habet fieri per uerbum. id est per p̄cipis imperium uel rescriptū. **Eodem** mō generatio q̄ in dei filios adoptamur habz fieri per uerbum. **i. Coz. iiii.** In xpo enī Iesu per euāgelium ego uos genui. **Tercia** est spūalis que fit per baptismi regenerationē. **et ista** similiter habet fieri per uerbū. **ut cum dicit.** Ego baptiso te. **In nomine** p̄ris. et filii et spūis sancti. **Amen.** **Aug.** Accedit uerbū ad elementum et sic sacramētum. **Jo. ii.** Dist q̄

renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto. Et ponit hic christus illud quod habet se per modum matris scilicet aqua consecrata; et illud quod habet se per modum patris scilicet spiritum sanctum per modum autem seminis se habet uerbum. Quarta est sacramentalis qua panis transubstantiatur in corpus christi et ista similiter habet fieri per uerbum. cuius dicitur: Hoc est enim corpus meum. Eusebius Inuisibilis sacerdos uisibiles creaturas uerbo dei secreta potestate commutat. Quinta est supersubstantialis qua filius dei generatur a patre et ista similiter habet fieri per uerbum patris. Psal. Eructauit cor meum uerbum bonum. Tunc enim pater uerbum bonum eructauit quando filium de sua substantia generauit. Circa istud autem semen uerbi dei triplex periculum est cauendum. Primum ne quis seminet semen bonum et recolligat malum. Tales sunt predicatorum questuosi qui seminant uerbum ueritatis et recolligunt spinas cupiditatis. Hierem. xii. Semina uerunt triticum et spinas messuerunt. Secundum est ne alius seminet et alius metat. Tales sunt predicatorum uani gloriosi qui uerba seminant ex quibus alii consequuntur utilitatem et ipsi incurunt sterilitatem. Sicut cymbalum alius prodest et sibi nocet. Michae vi. Tu seminabis et alius metet. Tercium est quando quis seminat multum et colligit paruum; tales sunt predicatorum uerborum qui seminant aliis uerba multa et ipsi recolligunt parua opera et ideo recolligunt parua premia. Aggei. i. Seminastis multum et intulistis paruum. Psal. v. Triginta modii semetis faciet modios tres. Tales enim auditoribus seminant triginta modios monentes ut seruent fidem trinitatis cum decalogo preceptorum et ipsi uix fidem

trinitatis seruant. Secundo uideendum est quare elemosina semen dicitur. Assimilatur autem largitio elemosinarum seminationi. Ratione seminantis et seminis et terre seminandae. Ratione quidem seminantis quia debet seminare sapienter. Fideliter et perseveranter. Insuper seminator esse qui post tergum semine iactaret. Sapienter autem seminat qui ante faciem semine iactat. Est enim elemosina instar candelae lumen prebetis et ideo animam in tenebras ire non patitur. Thomae iiii. Ubi loquitur de elemosina. Non patitur animam ire in tenebras. Est instar pupillae animam dirigentis. Ecclesi. xix. ubi loquitur de elemosina. Gratiam hominis quasi pupillam conseruabit. Est instar seminis centesimum fructum reddentis sicut dicitur hic. Qui igitur tunc post mortem elemosinas uult facere eius anima cum de corpore egreditur lumen habet post tergum suum et ideo uiam qua itur in celum non potest clare uidere. Oculos habet post caput suum et ideo sepe contingit in foueam purgatorii ipsum incidere. Seminauit pro dorsum suum et ideo non poterit tantum copiosum fructum recolligere. Secundo debet seminare fideliter. Ille fideliter seminat qui sibi quod suum est accipit et domino suo tributum reddit. Legitur Genesis xlvii. quod Ioseph dixit egyptiis. Accipite semina et serite agros. Quinque tam partem regi dabitis. reliquas quatuor permitto uobis. De nostris enim bonis operibus uult deus ut quatuor partes habeamus. Prima est iocunditas conscientie. Psal. Iusticie domini recte letificantes corda. Secunda est remissio culpe. Tercia est uitatio mortis eterne. Quarta est acquisitio glorie. De

his tribus dicit **Tho. xii.** Elemosina
a morte liberat. et ipsa est que purgat
peccata et facit inuenire uitam eternam.
Quinta autem pars est gloria. Illaz
autem non nobis sed deo dare debe-
mus. **Psal.** Non nobis domine non
nobis sed tui tuo da gloriam. **Ber.** Si
semen iactum in terram bonam fructus
attulisse uidet. Illius est gloria qui dat
semen ferenti. fecunditate terre et semini
incrementum. **Tercio** debet seminare p-
seueranter **Ecci. xi.** Dane semina sel-
men tuum et uespere non cesset manus
tua. hoc est in iuuentute et senectute et
prosperitate et aduersitate. **Secundo**
assimulat elemosina seminationi rati-
one seminis. Debet enim instar seminis
esse occulta pura et irrigua. Occulta q-
dem ab omni laude humana. **Ecclesi-**
xxix. Conclude elemosinam in sinu pau-
peris. **Matth. v.** Te autem faciente elemosi-
nam nesciat si. t. quid fac. d. t. Pura si-
ne admixtione zizanie. id est rei aliene.
Ecci. xxxiii. Sui offert sacrificium ex
substantia pauperum. q. qui uidet matris
lium in conspectu patris sui. Item irri-
gua scilicet ex interna passione. **Psal.** E-
untes ibant et flebant. mittentes semina
sua. **Job. xxx.** Flebam super eum qui
afflictus erat. et anima mea compatie-
batur pauperi. **Tercio** elemosina con-
paratur seminationi ratione terre semi-
nande. quia non debet committi terre p-
uie et conculcate. id est malis et sceleratis.
qui sunt demonibus peruii et malis tem-
ptationibus conculcati. nec terre petro-
se id est superbis et in malo iduratis.
Nec terre spinose id est mundanis diui-
tis locupletibus. sed debet committi ter-
rebone id est bonis mansuetis et egenis.
Psal. xxxiii. Beati qui seminant super

omnes aquas. similes pedes bouis
et asini. Pauperes enim dicunt aquae
transientes dei. in quantum discurrunt. p-
ter necessitatem uite. et dicunt boues dei.
in quantum portant iugum penitentie.
et dicunt asini et iumenta dei. in quantum
habent mansuetudinem et simplicitatem
innocentiae. Sui igitur super tales semi-
nant sunt beati.

Sermo tercius de eodem.

Quod autem cecidit in terram bo-
nam hi sunt qui in corde bo-
no et optimo audiunt uerbum
dei recipiunt. Postquam dictum est de se-
minatore et semine. uidendum est hic de
terre qualitate et uarietate. **Terra** autem
ista duplex est. una est mala. alia bo-
na. **Terra** mala triplex est. una est secus
uiam. alia petrosa. tercia est spinosa.
Terra secus uiam si non clauditur efficitur
uia. **Terra** si non conpluit. efficitur arida
et in modum petre dura. **Terra** si non co-
luitur. efficitur spinis plena. Est autem pri-
ma terra que efficitur uia et significat lu-
xuriosos qui nullam clausuram habent. nec in
oculis suis quia libenter uident illicita.
nec in auribus suis quia libenter audi-
unt carnalia. nec in ore suo quia liben-
ter loquuntur uerba scurrilia. nec in cor-
de suo quia libenter cogitant immunda.
et quia nullam habent clausuram. ideo
demonibus eorum corda frequenter peram-
bulant. **Job. xix.** Venerunt latrones et
fecerunt sibi uiam per me. Libenter ea de-
monibus conculcant. **Ecci. ix.** Omnis mu-
lier que est fornicaria. quasi stercus in
uia conculcabit. libenter in ea habitant.
Sunt enim demonibus porcum iocundius
stant in corde immundo. quam florido. **ii.**
Petri. ii. Sus lota in uolutabro luti-
sunt corui. et iocundius stant in cada-

uere q̄ in flore sicut p̄ in coruo quez
Hoe de archa emisit. qui deuoratiōni
cadauerum se dedit. **Sunt serpētes in**
fernales. ideo libētius stant in squa
mis spurcie. q̄ in flore mūdicie. **Ser**
pentes enim fugiunt odorē uinearum.
et delectant̄ in squamis suarū immū
diciarū. **In cordibz enim luxuriosoꝝ**
nullum bonū crescere potest. quia vo
lucres id est demones qui eoz corda
conculcant. qui ea perābulant. qui ea
inhabitāt. omnia asportant. **Dicunt̄**
autem demones uolucres celi. siue pp
ter aeris in habitationez. siue propter
naturam celestem. siue propter ueloci
tatem ad malū. **Q̄ at luxuriosi nullū**
bonum spūale appetere possunt. ostē
dit Crisost. super Math. per tale exē
plum. **Si leoni ostēdas cāpum uiren**
tem eius appetitus non excitat̄. quia
non est ī natura sua comedere herbas
sed carnes. sic et anima luxuriosa non
incitat̄ ad desiderādum celestes ame
nitates. sed carnales uoluptates. **i. Co**
rinth. ii. Carnalis homo non percipit
ea que sunt spūs dei. **Secūda est ter**
ra petrosa. et significat superbos. **sup**
bia enim facit cor pōderosuz. frigidū.
et durū. **Tam pōderosum ut celū ipm**
non possit sustinere. **Luce x. Videbā**
sathanā quasi fulgur de celo cadentē.
Tam frigidū ut nullus ignis diuina
moris ipm possit calefacere. **Psal. An**
te faciē frigoris eius quis sustinebit.
Tam durū ut nullz malleus diuini ti
moris ipsum possit frāgere. nulla uic
tio diuini amoris ipsum possit emol
lire. **Ber. Cor durū est quod nec com**
punctione scindit. nec pietate molliē.
nec mouet̄ precibus. minis non cedit.
flagellis indurat̄. **In corde igitur su**

perborum sic ponderoso. sic frigido
sic duro. nullum bonum semen crescere
potest. **Huius exēplum ponit Crisost.**
ubi supra. **Si pluuia inquit super la**
pidem descēdat. lapis a fortis balnea
tur. intus autem sicus existit. **Si emz**
pluuia uerbi dei uel inspiratiōis diuini
ne cor superbi attigerit. foris quidez
remanet. intus aut̄ intrare non potest.
Tercia est terra spinosa. et significat
auaros. **Diuitie enim spine dicuntur.**
siue quia sunt latibulū serpētū infer
nalium. **i. Thi. vi. Qui uolunt diuites**
fieri incidūt in laqueos dyaboli. siue
quia sunt materia ignis infernal. **Pla**
te xxxiii. Spine cōgregate igni cōbul
rentur. siue q̄ sub flore mundane glo
rie pungūt labore acquirendi. timore
conseruādī. et dolore perdēdi. **In cor**
de igit̄ sic spinoso. i. sic latibulum de
monum effecto. sic materia ignis inf
fernalis pleno. sic laboribus timoribz
et doloribus lacerato. semē dei fructi
ficare non potest. **Huius exēpluz po**
nit Crisost. ubi supra. Si enim uasi al
ceto pleno guttam mellis infundas. et
mel perdis. et acetum non immutabis.
Del sunt uerba dulcia dei. Psal. Q̄
dulcia faucibz meis eloqa tua. super
mel ori meo. **Sunt spūs sancti inspira**
ta proposita. **Tuasa acetosa sunt auar**
orum corda anxietatibz plena. in q̄
bus et doctrina celestis perdit̄. et inspi
ratio suffocat̄. **Secūda at̄ terra scz**
bona similiter triplex est. **Una em̄ est**
que profert fructū cētēsimū. **Alia ye**
ro sexagesimū. **Alia q̄ profert fructū**
centēsimū. **Unde dicit̄ Math. xiii. Et**
fecit aliud quidem tricesimum. **Aliud**
sexagesimū. **Porro aliud cētēsimum.**
Ista autē triplex differētia fructuum

tripliciter potest considerari. **Primo** quantum ad tres status fidelium qui sunt incipientes proficientes et perfecti. Incipientes sunt tanquam terra que profert fructum tricesimum. quia sufficit illis ut habeant fidem trinitatis cum impleti one decalogi. Proficientes sunt tanquam terra que profert fructum sexagesimum. quia non tamen habent fidem trinitatis et seruant decem precepta. sed etiam exhibent sex opera misericordie. Perfecti sunt tanquam terra optima. que profert fructum centesimum. quia habet duplicem perfectionem. seruantes ueteris legis precepta et euangelica consilia. **Iste triplex gradus. s. incipientium. proficientium et perfectorum tangit Math. iiii. ubi dicit. Ultimo enim terra fructificat. Primo herbam deinde spicam deinde plenum fructum in spica. Sue uerba exponens Gregorius super Ezech. dicit. Cum desideria bona concupimus. semen in terra mittimus. Cum uero recta opera incipimus. herbas sumus. Cum autem ad profectum boni operis crescimus. ad spicam peruenimus. Cum in eiusdem operatiois perfectionem solidamur. plenum fructum in spica proferimus. **Secundo** potest considerari quantum ad tres status saluandorum. scilicet coniugatos. uiduas. et uirgines. **Ista ratio assignat Augustinus in questionibus euangelii dicens. Tricesimus fructus pertinet ad coniugatos. Nam et ipsa digito complectens et federans. maritum pingit et coniugem. Sexagesimus ad uiduas. que in tribulatione et angustia sunt posite. unde inferiori digito deprimuntur. Centesimus ad uirgines. qui numerus de sinistra transiens ad dexteram et circulum faciens. exprimit uirginitatis****

coronam. **Tercio** potest considerari quantum ad triplicem uictorie modum. **Istam rationem assignat Augustinus ibidem. Quidam enim sic pugnant cum amore mundi. ut eos amor mundi non vincat. Isti habent tricesimum. Alii sic pugnant et sic superant. ut si denuo resurrexerit facile reprimat. Isti habent sexagesimum. Alii sic extinguunt se amore mundi. ut se omnino nulla ex parte commoueat. Isti habent centesimum. Vel potest dici secundum uirgilium et palladium. quod terra bona per tria cognoscitur. Primo per fossionem et repletionem. Si enim defecerit erit reprobata. si adequata fuerit erit mediocriter bona. si superabundauerit erit optima. Illi deficiunt quod multa mala committunt et pauca bona faciunt. Isti sunt terra reprobata. **Hebr. vi. Proferes terra spinas et tribulos reprobata est. Talibus dicitur Dan. v. Appensus es in stateram inuentus es minus habens. Illi adequantur. qui quantum deo peccauerunt tantum satisfaciunt. Roma. vi. Sicut exhibuistis membra uestra seruire immundicie et iniquitati ad iniquitatem. ita nunc exhibete membra uestra seruire iusticie in sanctificatione. Istis dicitur. Appensus es in statera. et inuentus es satis habens. Isti superabundant. qui opera perfectionis faciunt seruantes mandata et consilia. **Luce x. Quodcumque supererogaueris ego cum rediero reddam tibi. Istis dicitur. Appensus es in statera. et inuentus est multum habens. Secundo cognoscitur per colorem. quia nigredo pinguedini terre attestat. Illi sunt igitur bona terra que se denigrant. id est se despiciunt et humiliant. Niger autem color uisum congregat. album iuxta se positum magis commedit.******

et pupillaz oculi illuminat, magis enim
lucet pupilla quando est nigra. quam si es-
set alba. Sic et humilitas animam iter se
congregat, ut supra se uel extra se non
effluat. **Psal.** Non est exaltatum cor me-
um, neque elati sunt oculi mei. **Dignitati**
adiuncta ipsam magis exornat. **Eccl.**
iii. Quanto magis es tanto humilia te
in omnibus, et coram deo inuenies gra-
tiam. **Ber.** Non est magnum in abiecti-
one esse humile, magna prorsus uirtus
est humilitas honorata. **Humilitas**
etiam in conspectu dei facit animam cla-
riorem, quia quanto aliquis est nigri-
or id est humilior in conspectu sui, tan-
to maior est in conspectu dei. **i. Regum**
xii. Nonne cum paruulus esses in oculis
tuis, caput in tribubus israel factus es?
Tercio cognoscit per saporē. quia
debet gleba terre aqua aspergi, et si fu-
erit saporis amari uel salsi, mala erit,
sed si dulcis bona. **Amartudo anime**
ira est. **1. Acto. iiii.** quod si zelum amarum habe-
tis et contentiones sunt in cordibus ue-
stris. **Salsugo anime est auaricia.** **Psal.**
Terram fructiferam in salsugine. **Salsu-**
go enim est salsus humor terre, qui ip-
sam sterilem reddit. **Nihil autem magis a-**
nimam sterilem facit, quam auaricia. **Tunc est**
igitur terra mala anime, quando uel est
amara per iram, uel salsa per auariciam.
illi autem sunt bona terra, que sunt dulces
.i. que habent dulcia corda. **Pro. xvi.** Dul-
cedo anime est sanitas ossium. **Qui habent**
dulcia uerba. **Eccl. xvi.** Verbum dulce
multiplicat amicos et mitigat inimicos.
Qui habent dulcia et mansueta opera. **Ec-**
cle ix. Breuis in uolatilibus est apis, et
inicum dulcoris habet fructus eius.
Eiusdem. iiii. In mansuetudine opera
tua perfice, et super hominum gloriam

diligeris.

Dominica in quinquagesima

Sermo primus

Asumpsit Ihesus duodecim
discipulos suos, et ait illis **Ec-**
ce ascendimus Hierosolimam,
et consumemus omnia que scripta sunt de filio
hominis. Tradet enim gentibus, et illu-
detur, et flagellatus, et conspuus. Et postquam fla-
gelatus, occidetur, et tertia die resurgens. **Lu-**
ce xviii. Sicut dicit **Greg.** **Receptor**
noster preuidens ex passione sua disci-
pulorum animos perturbandos, eis lo-
ge ante passionis penam, et resurrectionis
sue gloriam predixit, ut cum morientem
cerneret, et resurrecturum eum non dubi-
tarent, et tamen ipsam christi passionem
intelligere non poterant, quod tribus de
causis accidit, ut dicit **Beda.** **Prima est,**
quia eum nimis amabant, et ideo mortem
eius audire non poterant, sicut mater
que filium diligit nimis tenere, non po-
test audire uerbum de eius separatione.
Secunda est, quia credebant ipsum uel-
rum deum esse, deo suspicari non pote-
rant ipsum mori posse. **Tercia quia**
credebant ipsum parabolice loqui, si-
cut eis sepe taliter loquebatur. **Duo igitur**
christus discipulis predixit, scilicet suam pas-
sionem, et suam resurrectionem. **Curca pas-**
sionem autem quinque ponunt, scilicet traditio,
illusio, flagellatio, consputio, et occisio.
Traditio enim ille, qui est uirtus paterna,
illudit autem qui est dei sapientia.
Flagellat qui est innocetia uera. **Con-**
sputur dei gloria. **Et occiditur uita.**
Ista autem quinque que christus passus est
a iudeis, quotidie patitur ab hominibus
malis. **Primum namque est traditio.** **Fu-**
it autem traditus a iuda, qui eum tra-
didit salutando, amplexando, osculando.

et secum comedendo. Sic et multi in ipsa
x. xpm salutabunt cum oronem do/
minicam frequerabunt. quoties enim
pater noster digne dicimus. toties deum
salutamus. Multi etiam xpm amplexa
buntur brachio amoris. et brachio ti/
moris. Signum autem quod homo xpm am/
plectitur brachio amoris est. quando vi/
tat peccata. Prouer. xv. Per timorem
domini declinat omnis homo a malo. Signi/
num quod homo xpm amplectitur brachio
amoris est. quando facit bona et dei ser/
uat mandata. Io. xiii. Si quis diligit
me ser. me. Multi etiam in ista qua/
dragesima xpm osculabuntur. et xps
eos iuxta illud. Misericordia et veri/
tas obuiauerunt sibi. iusticia et pax os/
culatae sunt. Veritas enim debet esse ex par/
te peccatoris. misericordia ex parte dei.
Si peccator de se dicit ueritatem. peccata sua
ueraciter confitendo. mox misericordia xpi sibi
obuiat indulgendo. Similiter ex parte
peccatoris debet esse iusticia. ex parte
dei pax. Si enim peccator de se facit iu/
sticiam se per penitentiam puniendo.
mox deus ipsum osculatur eum in ami/
ciciam recipiendo. Multi etiam cum cri/
sto comedunt quando corpus xpi reci/
piunt. et tamen ad similitudinem iude
xpm sic salutant. sic amplexantur. sic
osculantur. sic in mensa associatum pro/
ditorie tradunt dum ad peccata redeunt.
et xpm de corde expellunt et dyabolum
introducunt. Fuit autem cristus a tribus
traditus. scilicet a iuda qui eum tradidit
per auariciam. Unde dicit. Mat. xxvi.
Quid uultis mihi dare? ego uobis eum
tradam. A iudeis qui eum tradiderunt per
inuidiam et maliciam. Mathei xxvii. Sci/
ebat enim quod per inuidiam tradidissent
eum. et a pylato qui eum tradidit cru/
cifigendum propter timorem et pusilla
nimitatem humanam. Nam sicut habe/
tur Luce xix. Cum iudei dixissent py/
lato Si hunc dimittis non es amicus
cesaris. Pylatus ductus timore eum tra/
didit. Omne enim peccatum aut fit per cu/
piditatem male inflamantem. i. Thi.
vi. Radix omnium malorum est cupidi/
tas. Isti tradunt xpm cum iuda. Ta/
les sunt symoniaci usurarii et auari.
Aut fit per maliciam. fraternam gram per/
sequentem. Isti tradunt eum cum iudeis.
Tales sunt inuidi et maligni. qui do/
na spiritus sancti in aliis persequuntur.
Aut fit per infirmitatem humanam ali/
quatenus inducentem. Isti tradunt eum
cum pylato. Tales autem sunt timidi et
pusillanimes. qui plus timet hominem
mortalem quam deum uiuum. Secundum autem
est illusio. Illudit autem xps et irridet
maxime a tribus generibus hominum.
Primo a duris et obstinatis. Prouer.
pri. Vocavi et renuistis. et non in fi/
ne deus eos irridebit. Unde etiam sub/
ditur. Ego quoque in interitu uestro ri/
debo. Pro. iii. Illusores ipse deludet.
Hiero. An putamus fratres. quod iocan/
do predicet propheta. ridendo loqua/
tur apostoli. xps infantiliter comine/
tur. sed ioci non sunt ubi tormenta in/
tercedunt. Psaias serra secat. Daniel le/
onibus deuorandus exponit. Petrus
in cruce dei exemplo suspedit. si iocan/
do sunt passi. credo quod et iocando sunt
locuti. sed timeo ne fides nostra po ti
us sit iocabilis quam ipsorum. Timeo ne io/
cando non saluemur. et rideat ipse de
nobis quemadmodum scriptum est. Qui
habitat in celis irridebit eos. Secun/
do a recidiuis. Psidorus. Irrisor est non
penitens. qui adhuc agit quod penitet.

Illusio:

Cum talibus em ludit dyabolus sicut
cattus cum mure quem aliquatulus a
scendere permittit. sed mox super eum
ruit. Sic dyabolus peccatorem aliquem per
mittit penitere. sed postmodum facit
eum ad peccata redire. Prouerbio. xiiii.
Stultus illudit peccatorem. id est dyabolus qui
fuit inuictor peccati. Tercio a tepidus
et ociosus. Tren. i. Viderunt ea hostes et
deriserunt sabbata eius. et dicit sabbata
in plurali. Tales enim faciunt sabbatum
quo ad deum uacantes ab oratione. Faci
unt etiam quo ad seipsos. uacantes a
uiciorum mortificatione. Faciunt insu
per quo ad proximum uacantes a bono
opere. Et quia tales christo illudunt dan
tes sibi aquam tepidam ad bibendum. ideo
hostes id est demones sabbata eorum
derident. Notandum autem quod christus qui
tuor uicibus fuit illusus. Primo in do
mo Cayphe sacerdotis. cum uelamete
capitis ut habet. Lu. xxii. Secundo
in domo Herodis. cum ueste alba. ut
habet. Luce xxii. Tercio a militibus
in atrio pretorii indutus purpura. ut
habet. Matth. xxvi. Quarto a iudeis
in cruce. quod eius uerba peruertebat. Mat
th. xxvii. Vah qui destruis templum
dei. et eius fide deridebat. dicentes ibi
dem. Si rex israel est descendet nunc de
cruce et credimus ei. His quatuor mo
dis sacerdotes mali uident christo illu
dere. Primo cum caypha per amictum
capitis. cum ipsius amictum in capite
assumunt. qui designat spem celestium.
Ephes. vi. Galeam salutis assumite. Ip
si autem non seruiunt in ecclesia pro celesti
tribulatione. sed pro terrena cupidita
te. Secundo sibi illudunt in alba ueste
cum Herode. cum ipsa alba induunt
que significat mundiciam. iuxta illud

Psal. Lauabis me et super niuem deal
abor. Ipsi autem non sunt mundici. sed in me
te et corpore impuri. Tercio in purpu
ra cum militibus. cum induunt casulam
purpuream. que significat latitudinem et
feruorem charitatis. Ipsi autem non habent
uestem purpuream charitatis. sed san
guinolentam rancoris. Quarto cum ui
deis in cruce. qui eius uerba peruerterunt
et fide deridebant. Ipsi uerba dei con
temnunt cum stola que significat glori
dium id est uerbum dei indigne assu
munt. sicut fidei que significat per
manipulum despiciunt. Ephes. v. In om
nibus sumentes scutum fidei. Tercium
est flagellatio in qua flagellatio sancti
guis de omnibus membris christi exiuit. Fle
uerat prius oculis. sed tunc fleuit om
nibus membris. Christus enim quadru
pliciter in passione fleuit. scilicet corde per
immensitatem doloris. Tren. i. O vos
omnes qui transitis per uiam. Ore la
rimosis uerbis. Matth. xxvii. Deus
meus deus meus. ut quod dereliquisti me.
Oculis per lacrimarum effusione. Ier
bre. v. Cum cla. ua. et. Et tandem cum
omnibus membris per sanguinis effusio
nem uel emanationem. quando seculum fuit
tam crudeliter flagellatus. Notandum
autem quod quatuor uicibus iudei ipsum
flagellauerunt. Primo in capite ipsius a
rundine percutiendo ut habet. Matth.
xxvii. Secundo in facie eius uelates per
cutientes ut habet. Lu. xxii. Tercio in
collo. colaphis eum cedentes ut habet.
Matth. xxvii. Quarto in toto cor
pore ipsum flagellantes ut habet. Jo.
xix. Flagellat autem christum hodie in ca
pite qui persequuntur prelatos ecclesie.
Flagellat in facie qui contemplantiosus. qui
sunt pulchrior pars ecclesie. perturbat

Cōspu:
in sua quiete Flagellāt in collo. q̄ pre-
dicatores impediunt a diuino sermo-
ne. Flagellāt in corpore qui actiuos i-
firmiores molestant in sua operatiōe
Sz de tali flagello dicit Aug⁹. Quid
superbit impius si de ipso flagellū fa-
cit p̄r meus. pater flagello filium cor-
ripit. ⁊ postea flagellū ad cōburēduz
ad ignem mittit. Quartum est cōspu-
tio. Significat autē cōspuatio magnaz
uulsiōnem. unde super illud Job
xxx. Faciē meā cōspuere non uerent.
dicit glosa. Faciē cōspuere est iustos
etiam in presentia cōfutare. ⁊ in eoruz
contumelias uerba fluxa id est fluen-
tes saliuas mittere. Ista autē cōspuatio
id est uulsiō. aliquibz ad suffoca-
tionem ⁊ concubationē. sicut legit̄
de bur uiro marie sororis moysi. qui
iudeoz spūis fuit suffocatus. Aliqui-
bus est ad correctionē. quod signifi-
catum est Deutr. xxv. q̄ quando ho-
mo nolebat accipere uxore fratri. in
faciē illius cōspuebat. Et que ē uxor
fratri nostri. nisi penitētia. quam cri-
stus frater noster pro nobis suscepit.
⁊ quam penitētia cū homo accipere
rennuit. deus ipsum duris flagellis af-
fligit. ex quibus sepe ille correctionez
accipit. Aliquibz uero ē ad humiliati-
onem. sicut legit̄. q̄ Dyogenes philo-
sophus inuitat⁹ a quodā habēte tur-
pem faciē sed domū pulcrā. in faciē
eius spuit. dicēs se non uidisse in tota
domo aliquid turpius in quo spūere
posset. Hoc autē fecit philosoph⁹ ut
ille se recognosceret. ⁊ de pulcritudine
domus non superbiret. sed de turpitu-
dine persone humilitatē haberet. Ali-
quibus est ad illuminatiōē. ⁊ p̄fectū
uirtutum. sicut in ceco nato. ut habet̄

Jo. ix. Tales erāt apostoli de quibus
dicit. Act. v. Habant apostoli gauden-
tes a cōsp. con. ⁊ c̄. Quintum est occi-
sio. Habuit autē xp̄s quedā vulnera q̄
fuerunt sibi occasio mortis. ⁊ brio emz
fuit flagellatus intantum. ut inter illa
flagella alius exspirasset. Deinde fuit
in pedibus ⁊ manibus perforat⁹. ⁊ tā-
dem cum iam esset mortuus in latere
vulnerat⁹. Per corpus xp̄i igit̄ intel-
liguntur illi de ecclia qui adhuc sunt
infirmi ⁊ tēporalibus dediti. Isti occi-
duntur. quādo eis tēporalia auferun-
tur. Ecc̄i. xxiiii. Sui aufert in sudore
panem. quasi qui occidit proximum
suum. Per man⁹ intelligunt̄ actiui. isti
occidunt cū suis operationibus impe-
diuntur. Prover. iii. Noli prohibere
eum benefacere qui potest. si uales eti-
am ipse benefac. Per pedes intelligen-
tur cōtēplatiui. qui suis orōibz tu-
ram eccliam sustētant. Istos illi occi-
dunt qui orōnes ne in ipsis effectum
habeant impediunt. Sūt etiā in ecclia
quidā mortui. sicut uiri perfecti. Col.
iii. Mortui em̄ estis ⁊ uita uestra abs-
condita est. Istos illi occidūt q̄ eos o-
turbare non desunt. Secūdo po-
nitur noticia resurrectionis cum dici-
tur. Et tertia die resurget. Ile igitur q̄
est mortu⁹ per p̄ctm̄ tertia die resur-
gat. ⁊ prima dies est contritio. secūda
confessio. tertia satisfactio. ⁊ tres di-
es sunt delectatio. cōsensu ⁊ op̄. Sui
igitur non resurgit a delectatione re-
surgat a consensu. ⁊ qui non resurgit
a consensu. resurgat ab opere. Si enim
quartā diem addiderit sez cōsuetudi-
nem resurgere uix ualebit. hoc signifi-
catum est in lazaro quatruiduano. Ce-
teros q̄dez mortuos resuscitauit xp̄s

simplici iussione. Istum aut suscitauit orando. clamando. lacrimando. ut daretur intelligi. quod illi qui sunt in peccatis inueterati indigent multorum orationibus. magnis cordis clamoribus. longis et diuturnis fletibus.

Sermo secundus

Quiscus sedebat secundum uiam mendicans. Per istum cecum significatur genus humanum. quod malignam incurrerat cecitatem. sed illuminari meruit per christi passionem. Et ideo in isto euangelio duo tanguntur. scilicet infirmitas cecitatis. et remedium passionis.

Circa primum notandum quod sunt quatuor peccata que spiritalem cecitatem inducunt. Primum tumor superbie. Gregorius. Tumor metus est obstaculum ueritatis. et iste tumor totum genus humanum occupauit. Primum enim habuit ortum in celo. quando lucifer contra deum intumuit. Ideo superbia est nature celestis. et ideo uiros celestes aliquando inuadit. Deinde de celo descendens in paradysum. iuit. et ibi primos parentes inuasit. qui superbia se ipsos se eleuauerunt. et contra deum intumuerunt. Deinde de paradiso uenit in mundum. et modo per totum mundum iste morbus superbie est diffusus. Superbire enim dicitur quasi super alios ire. Lucifer igitur superbuit. quia super deum ire uoluit. Adam superbuit. quia super seipsum iuit. dum scientiam dei appetit. Homines superbunt. quia super alios uolunt ire. deus autem superbire non potest. quia super alium ire non ualet. eo quod super se nullum habeat. Secundum est puluis auaricie. Auarus enim semper portat terram in oculis. Psalmus. Oculos suos sta. decli. Unde dicitur de talibus quod sunt nimia cupiditate ceci. et sicut su-

perbia totum genus occupauit humanum. sic et auaricia. Hieremias. vi. A minore usque ad maiorem omnes auaricie student. Inter maiores et minores sunt mediocres. Per minores intelliguntur layci. per mediocres intelliguntur clerici. per maiores intelliguntur prelati. Auaricia igitur est a minore usque ad mediocres et maiores. quia inuenitur in laycis. uigilans in clericis. regnat in prelati. Vel potest dici. quod in domo anime sunt tres familie. scilicet minores. et iste sunt cogitationes. Mediocres uero. et iste sunt intentiones. Maiores. et iste sunt affectiones. Sunt igitur quidam. quorum auaricia est in cogitationibus. quia die ac etiam nocte cogitare non cessant. qualiter scilicet lucra possint acquirere. et pecunias augere suas. Ecclusiasticus. i. Cuncti dies eius laboribus pleni sunt. et erumia. nec per noctem mente requiescit. Alii sunt. quorum auaricia est in intentionibus. quia in omnibus que dicuntur et faciunt semper aliquod lucrum uel emolumentum temporale intendunt. Pro uer. xvii. Oculi stultorum in finibus terre. Oculi stultorum sunt intentiones eorum. qui sibi semper finem pretercedunt temporale lucrum. Alii sunt. quorum auaricia est in affectionibus. que temporalia ardentius diligunt. et spiritualia paruipendunt. Bene igitur a minore usque ad mediocre et maiorem omnes auaricie student. Quorum alii terrena lucra cogitare non desinunt. Alii in omnibus que agunt in temporalem mercedem intendunt. Alii terrena ardentius diligunt. et spiritualia contemnant. Tercium est ignis iracundie. Psalmus. Sui percecidit ignis. et non uiderunt solem. Cesarus. Sue metus lumen iracundie excecatur. Sicut enim uisus cecatur ad peluim ardentem. sic homo excecatur per iracundiam

inflamantem. Secdm enim Damasceni
Ira e ebullitio sanguinis circa cor. Ex
illa aut ebullitione fumositates ascē
dunt que oculos mētis obnubilāt. ga
impedit ira animum ne possit cernere ve
rum. Quando at uas ad ignem nimis
ebullit. tribus remediis subuenit. aut
per uasis ab igne depositione. aut p
aque frigide infusione. aut per ligno
rum subtractione. Sic etiā quādo ali
quis per irā contra aliū nimis ebullit.
ille contra quez irascit aut debz se to
taliter ab illo diuidere. Pro. xx. Nōr
est homini. qui separat se a contēcio
nibus. omnes at stulti miscēt concu
melis. Aut debet uerba refrigerātia et
dulcia respōdere. Pro. xv. Responsio
mollis frangit irā. sermo durus exci
tat furorem. Aut saltē debet tacere et ni
hil respōdere. Verba enim que iracun
do respondent sunt ligna. qbus ignis
iracūdie āplius inflamatur. Eccē. xx.
vi. Scdm ligna silue sic ignis exarde
scet. Quādo autē ligna uerborum sub
trahunt. tunc ignis ille extinguit. Pro
uer. xxvi. Cum defecerint ligna extin
guetur ignis. Quartū est fetor luxu
rie. hoc significatū est. Thob. ii. ubi di
citur qd ex stercore urundinis fuit exce
catus. Huius em auis immūdia est
desiccatiua. et significat luxuriā. quia
nullum peccatū magis desiccāt qd lu
xuria. Homo quidē quatuor hēt. s. a
nimam. corpus. famam. et temporalez
substāciam. Est igit quoddā peccatū
quod desiccāt corpus scz nimia tristi
cia. Proverb. xvii. Spūs tristis exsic
cat ossa. Est aliud quod desiccāt ani
mam scz inuidia. Nam inuidia sicut
dicitur alibi. rebus opimis marcescit.
Prover. xiiii. Vita carnum sanitas

cordis. putredo ossium inuidia. Est
aliud quod desiccāt famā. s. superbia
Eccē. x. Odibilis deo et hominibz su
perbia. Est aliud quod desiccāt terre
nam substāciā. scz prodigalitas et eti
am uiciū gule. Proverb. xxi. Sui dili
git epulas in egestate erit. et similiter
qui amat uinū mendicabit. Luxuria
desiccāt et consumit corpus. quia fa
cit ipsum cito uenire in senectutez uel
mortem. 1. Corīth. vi. Sui autē forni
catur in corpus suū peccat id ē in cor
poris sui consumptionē. et diminitio
nem. Consumit at animā. quia oia bo
na proposita. et desideria annihilat.
et dispergit. 1. Corī. ii. Animalis ho
mo non percipit ea que dei sunt. Con
sumit bonā famam. unde dī de Salo
mone. Eccē. xly. Inclīnasti femora
tua mulieribus. et dedisti maculam in
gloriam tuā. Consumit terrenā substan
tiam. Luce xv. Dissipauit substāciā
suam uiuēdo luxuriose. Quintuz est
nimia abūdantia et crassitudo terrene
substācie. Job xv. Operuit faciē eius
crassitudo. Hinc ē qd Sedechias exce
catus est in reblata. que interpretat mul
ta hec sicut habetur iiii. Regum xxv.
qd multitudo istoꝝ tēporalium faciē
hominē cecum. Hinc est qd Effraim et
Manasses fuerūt fratres. Effraim em
interpretat fertilitas. Manasses obli
uiosus. quia fertilitas seculi iducit ob
liuionem dei. Sicut em pisces aliquan
do ex nimia pinguedine exsicant. Et
sicut in anseribus oculi cōsumunt. ne ex
multitudine rerū uisarū ab impingua
tionibus retrahant. Sic hoīes ex ni
mia abūdātia rerum in aīa exsiccan
tur. Postq̄ uisum est de infirmitate
cecitatis. uidēdū est de remedio passi

onis. de qua in principio euangelii sic
mentio specialis. xps enim cōtra ista
quinq; incōmoda. portauit quinq; re
media. scz corpus. sanguinem. animā.
spiritū humanū. ⁊ diuinitatē. Na3 de
corpore fecit emplastrum. quo tumor
superbie sanaret. Fit autē emplastrum
de herbis medicinalibus. que incidun
tur. conterunt. ⁊ decoquunt. ⁊ liquore
perfundunt aliquo. Herba medica
lis est caro xpi. quia sicut dicit Psalē
xl. Omnis caro fenū. Ista herba i cru
ce fuit incisa. Deinde in mortariolo cru
cis pistillo passionis attrita. De his
duobus Psalē liii. Vulnerat9 ē prop
ter iniquitates nostras. Attrit9 ē pp
ter scelera nostra. Deinde in furno cru
cis triplici igne fuit excocta. igne amo
ris Jo. xv. Maiorē hac dilectionem
nemo habet. ⁊c. igne doloris Tre. i.
Duos ōnes qui trāsitis. ⁊c. igne pas
sionis Psalē. Ossa mea sicut cremum
aruerunt. Deinde sanguine precioso
fuit aspersa. Psalē xliii. Quare rubruz
est indumētum tuū. Istud igitē ē pla
strum factū est de xpi carne sic incisa.
sic attrita. sic decocta. sic perfusa. si su
per apostema superbie ponat. debet
ipsum statim maturare. mollificare et
frangere. Augustinus. Ecce habes humi
litas exēplum. superbie medicamen
tum. Idē. Sive superbia sanari potest
si humilitate filii dei non sanat. Se
cundo de sanguine fecit colliriuz. quo
ignis iracūdie tēperet. Nihil em sic o
dium ⁊ iracūdiā tēperare debet. q̄ o
siderare q̄ sanguis xpi pro suis cruci
fixoribus sic orauit. Sigdem xps o
rauit pro eis uerbis dicēs Luc. xxiii.
Pater dimitte illis quia nesciūt quid
faciunt. Orauit lacrimis Hebre. v. Cū

clamore ualido ⁊ lacrimis offer. Dra
uit sanguine Hebre. xii. Accessistis ad
sanguinis asperionē. melius loquentē
q̄ abel. Orauit morte Hebr. ix. Noui
testamenti mediator est ut morte inter
cedente ⁊c. Tale igitē colliriū tāce pie
tatis ⁊ charitatis in nobis. refrigerat
re debet omnē ignem tumoris. Suis
enim decetero cōtra inimicos suos o
dium tenebit. quādo xps pro suis in
imicis uerbis lacrimis sanguine ⁊ mor
te orauit. Tercio de anima fecit uas
ungentariū. quo puluis auaricie expie
tur. In isto enim uase tria ungēta pur
gatiua continent. de quib9 dicit Jo.
pri. Vidim9 gloriā eius gloriā quasi
unigeniti a patre. ple. Tbi em grā est.
id est gloriosa dei mia. Tbi em ē gra
tia. Tbi est ueritas ibi sapiētia. Qual
rus igitē qui h3 oculos plenos pulue
re auaricie. uadat ad istud uas ungen
tariuz. ⁊ ungat oculos suos miā ⁊ gra
tia ⁊ sapiētia. Tunc at ungit ungenco
mie. quādo inclināt ad cōpassionem
fraterne miserie. Tunc ungēto grē. quā
do incipit tepescere ab amore terreno
rum. ⁊ inardescere in amorē celestium
Tunc ungēto sapientie. quādo scit sa
pienter acqrere. sapiēter retinere. sapie
ter expēdere. Quarto de spū suo hu
mano fecit cibū melliflūū. quo crassi
tudo terrena cōtemneret. Eccē. xxiiii.
Spiritus me9 super mel dulcis. Mel
est dulce in superficie. dulci9 i medio.
dulcissimū in fundo. In xpo q̄dē est
triplex substātia. scz caro que est qua
si superficialis. Deitas que est p̄fun
da. ⁊ aīa que est quasi media. Mel igitē
est dulce in superficie. quia sancti
ex cōsideratione carnis xpi. hauriunt
delectatōnes suauēs. Est dulci9 in me

dio quia ex consideratōe aīe hauriūt
delectatōes suauiores. Est dulcissimū
in fundo. quia ex cōtemplatione diui
nicatis hauriunt delectatōes suauissi
mas. Talis igitur dulcedo omnē dulce
dinem humanā fecit inspidā. Crisost.
Vere non habet super terraz qđ amet.
qui domū celestē in ueritate gustauit.
¶ Sicut de diuinitate fecit balsa
num. quo fetor luxurie pelleret. Eccē
xxiij. Quasi balsamū nō mixtū odor
meus. Odor at istuz balsami cātus est.
qđ nō tñ infirmi. nō tñ mortui. nō cor
rupti. sed etiā fetidi sentire debēt. hoc
significatū est in lazaro quatrduano
et fetido. qui ipsuz odorē sensit et reui
xit. P̄ria dies est delectatio et tūc ani
ma est infirma. Secūda est cōsensus et
tunc est mortua. Tercia est malū opz
et tunc est corrupta. Quarta ē mala cō
suetudo et tunc est fetida. Sui autem
odorē istū nō sentit ē infirmo pericu
losior. mortuo insensibilior. corrupto
marcidior. fetētī abhominabilior.
¶ Sermo tercz de eodē.

Omnis plebs ut uidit dedit
laudez deo. Postqđ dñs cecū
illuminauit. omnis plebs que
ibi aderat laudez dedit deo. Ex quo
dat̄ intelligi. qđ ille est illuminatuz qui
deum laudat. Ille cecus ē qui per uer
ba uel malā uitam deum blasphemāt.
¶ In istis at diebus homines uani nō
tñ non laudant deū. sed etiā per suas
uanitates blasphemāt deū et laudant
mimicos dei. scz mūdum. carnē et dya
bolū. Ideo in isto euāgelio de cristi
passione fit mentio. ut ex cōsideratio
ne passionis dominice hoīes abstine
ant a tanta uanitate. Laudāt quidem
et honorāt mūdū exercēdo diuersos

ludos et ineptas leticias. Laudāt eti
am et honorāt corpuz propriū. pascē
do ipsum per diuersas epulas. Lau
dant et honorāt dyabolū. ducēdo di
uersas choreas. In his em̄ tribus ua
nitatibus expendūt hoīes dies istos.
et ideo cum isto ceco nō sunt illumia
ti sed cecitate inuoluti. Primo igitur
uani hoīes cum deberēt laudare deū.
ipsi tñ laudāt mūdum per diuersos
ludos et ineptas leticias. Leticia mū
di est sicut unū purū quod cito iēbri
at. nisi salubri tristitia tēperet. iuxta
illud Eccē. vii. Melius est ire ad do
rum luctuz. qđ ad domū conuiuii. Re
fert Tullius. qđ quādo aliqđ siles ro
mani redibāt uictores. triplex hōr eis
fiēbat. Primuz. quia omnis populuz si
bi cum leticia obuiabat. Secūduz. qđ
omnes captiui quos ceperāt eius cur
rum uictis manibus sequebant. Ter
cuz. quia ipse uictor idutz tunica io
uis in curru sedebat. quē quatuor eq
albi usqđ ad capitolū deducebāt. Ne
uero supra se nimis eleuaret. istuz ho
norem tripliciter tēperabāt. P̄rio. qđ
unus hō seruilis conditōis. scēi i cur
ru ponebat. ut cuilibet spes daret per
ueniēdi ad talē honorem. si probitas
mereret. Secūdo. quia ille seruz eū co
laphis cedebat. dicēs. Cognosce teip
sum. Tercio. quia cuilibet licebat illa
die in ipsum inferre ōnia obprobria
que uolebat. Si igitur pagani suas sic
leticias tēperabāt. multo fortius nos
xpiani eas reprimere et tēperare debe
mus. Et maxime triplici de ca. Prima.
quia hoc nō competit loco. sumuz em̄
in exilio. qui deberemus eē i celo. et iō
nobis est flendū et non gaudendū. Au
gustinus. In ualle sumuz miserie. ubi eo

magis flendū est minus flem⁹. Psal.
Quomodo cātabimus cāticuz domi
ni in terra aliena. Si uiris sanctis du
rum est in exiliis cātica cātare dei. qd
dicēdum est de illis qui cātant cātica
dyaboli. Cura igit sum⁹ in exilio. id
omnis mūdāna leticia debet nobis es
se importuna. Eccles. xxii. Musica in
luctu. importuna narratio ē. Secun
do non cōpetit tēpori. Tēpus em vi
te presentis nō est nisi cursus ad mor
tem. Aug⁹. Nihil aliud ē tempus hui⁹
uite. nisi cursus ad mortē. i. quo nemo
uel paululū stare uel tardis ire pmitteri
tur. Sed omnes pari motu urgentur.
Stultus at̄ est ille qui ad mortis sup
plicium cum gaudio ⁊ solacio ire uel
duci uellet. Tales sunt similes cigno. q
quando morit⁹ suauiter cātare perhi
betur. Tercio nō cōpetit status. Status
enim hominis ē periculosus ⁊ doloro
sus. quia quocūq; se uertit periculum
⁊ dolorē inuenit. Nam si sursum respi
cit uidet celū quod amisit. si deorsum
uidet infernū qui ōnes deuorare appe
tit. si a sinistris aduersitatis uidet. q
unus de mille non euadit qui non ca
dit per impatiētiam. si a dextris pro
speritatis uidet q de decē milib⁹ un⁹
non euadit. qui non cadat per intēpe
rantiam. iuxta illud. Psal. Cadent a
latere tuo mille. ⁊ si post se uidet pec
catorum multitudinē que commisit.
si ante se uidet terribile dei iudiciū. in
quo districtam rōnem eum reddere o
portebit. Unde legit⁹ in uita patrum.
q cum quidā sanctus pater quēdam
uane ridētē uideret. dixit ei. Redditi
ri sumus rōnem de uita nra. corā deo
⁊ omni terra. ⁊ tu ridēs. Secūdo ua
ni homines. cum deberēt laudare deū

laudant ⁊ honorāt corp⁹ suū. pascen

do ipsum per diuersas epulas. Stultus
autem uiciū gule ⁊ homini facit ma
gnam iacturā. ⁊ deo magnā inuriam.
Homini quidē triplicē iacturā facit.
Prima est. quia in corpore iducit ma
gnam deformitatē. ex eo q facit uen
trem nimis tumentē. Dicit autē vēter
⁹ a uento. ex eo q sit plerūq; uento ple
nus. Gulosus igit quāto maiorē uen
trem habuerit. cāto maiorē uescā uen
to plenam. ⁊ etiā maiorē sacco stercor
ibus plenū ⁊ repletum possidebit. Si
cut em uescica uēto plena ⁊ repleta. acu
puncta cito detumescit. sic etiam uen
ter gulosi punctus acu febrili. cito per
mortem euanescit. Stultus quoq; est
mercator ille. qui aurū cum multo la
bore acquisitū in cistam imponeret. in
qua in lutū conuertēdum esse putaret
⁊ estimaret. Et quoniā uēter gulosi est
sicut sacco stercorū. Stultus ē ex eo. q
ea que cum multo labore acqrit in uē
trem ponit. in quo uētre i lutū fetidū
conuertēda esse cognoscit. Secūda
autem iacturā est. q inducit sibi mul
tam infirmitatē. ⁊ aliquādo mortem.
Eccles. xxxvii. In multis escis erit infir
mitas. Ibidē. Propter crapulā multi
perierunt. Qui at̄ abstīnēs est. adiciet
uitam. Pinguita ei corda sunt modici
sanguinis qui ē causa uite. calor qpe
naturalis sepe pre nimia pinguedine
suffocat. Via em spirituu⁹ ad mēbra
a nimia pinguedine ipedit. ⁊ sic mors
sequitur. Tercia est que inducit insa
turabilitatem. Prover. viii. Vēter im
piorum insaturabil. Psal. Famē pa
tientur ut canes. Canis em postq; pro
iecta sibi deuorauit. mox ad alia del
uorāda suspēsus abelat. Sic gulosus

postq̄ multa fercula deuorauerit. ad/
huc alia cōcupiscit. ymo etiā insatu/
rabillor ē q̄ canis. ⁊ q̄ cetere fere quia
omnia spoliat elemēta. Nā a terra au/
fert gressibilia. ab aqua natabilia. ab
aere uolabilia. Nero. Tauri paucorū
iugerum pascuis aluntur. Unica silua
pluribus sufficit elephantib⁹. hō ue/
ro terra ⁊ mari pascit. Ambro. in lib.
de ieiunio Quid insatiabilis uentre.
hodie suscipit. cras exigit. cum imple/
tus fuerit disputat de continētia. cuz
digerit uale uirtutib⁹ dicit. ⁊ querit
luxuriam. Inter pocula philosophia
p̄dicat. Inter philosophos una lau/
dantur. Secūdo facit deo iniurias.
ex eo q̄ gulosus uentrē suū defecat.
Phil. iii. Suoꝝ deus uenter est. Ubi
dicit Aug⁹. hoc ab homine colit. qd̄
pre ceteris amat. Hui⁹ rationē affig/
nat Hugo de scō uictore dicens. Per
similitudinē nēter deo cōparatur. So
lent enim diis tēpla ostrui. altaria eri/
gi. ministri ad seruiēdum ordiari. pe/
cudes imolari. thura cōcremari. Deo
siquidem nētri templū est coquina. al/
tare mensa. ministri coci. immolate pe/
cudes cocte carnes. fum⁹ incēforū ol/
dor saporū. Ista autē ydolatria quo
ad aliquid peior est q̄ ydolatria pa/
ganorum. quia illi adorabāt aurum ⁊
argentum. Gulosus uero adorat sac/
cos stercorū. Tercio uam hoies cuz
deberēt laudare deū laudāt dyabolū.
diuersas ducēdo choreas. quod ual/
de fatū ē quatuor rōnibus. Primo
quia tales choree mūdi. sepe ducūt ad
choreas inferni. In inferno quidē sūt
multe processiones peccatoꝝ. id ē cō/
gregationes superboꝝ. auaroꝝ. et lu/
xurioꝝ. que semper cantū lugubrez

decantabunt. Cach. xii. Plāget terra
scz ifernalis. familie ⁊ familie seorsum.
Cantant autē unam cātationē sex uer
sus lugubres cōrinentem. Dicunt enī
De quia deū offendi. ue quia diabo
lo consensi. ue quia natus fui. ue qa
male torqueor. ue quia mori non va
leo. ue qa nūq̄ liberor. Ad istas cho
reas infernales iste choree mundiales
sepe perducunt. Job xxi. Tenent tym
panum ⁊ citharā. ⁊ gaudent ad soni/
tum organi. Ducūt in bonis dies su /
os. ⁊ in puncto ad inferna descēdūt.
Hui⁹ signum est. quia iste choree ten/
dunt ad sinistram. Prouerb. iiii. Di /
as que a dextris sunt nouit dñs. Per
uerse at sunt que a sinistris sunt. Se
cunda fatuitas est. quia priuant cho/
reis celi. Ubi em̄ sunt choree scōꝝ deo
iubilātum. Hymn⁹ Sui pascis iter li
lia sep. cho. uir. Istis choreis celi pri
uantur. qui choreis delectant mundi.
Unde refert Greg. in dial. de quadā
puella nobili romana. que cum iocis
⁊ cantilenis dedita nimis esset. Beata
uirgo cum multis speciosis puellis in/
ductis albis sibi apparuit. ⁊ cū illa tā
decere processioni associare se uellet.
prohibuit beata uirgo dicens. q̄ do/
nec esset sic uana tali processione esset
indigna. Precepit igit ei ut a iocis et
leuitatibus se abstineret. ⁊ sic die trice/
sima ad illaz processionē ueniret. Que
subito cūctis hominib⁹ miratib⁹ mu/
tata fuit. ⁊ sic die tricesima beato ⁊ fe/
lici sine quieuit. Tercia at fatuitas ē
ex eo. q̄ tales choree cedunt in iniuri/
am dei. Tum quia pactum in baptis /
mo initu frangunt. quo abrenunciare
se dyabolo. ⁊ pompis eius omnibus
promiserunt. Tum quia maiorē com /

mittunt contēptum q̄ si operi seruilī
incūberent. **Aug.** Melius est in dieb9
dominicis arare ⁊ fodere. q̄ choreas
ducere. **T**um quia festa sanctor9 suis
uauitacibus polluant. Magnā em̄ in/
iuriā choree deo fecerūt. **S**ua pphe
tam suam carissimū scz Johānē bap
tistam occiderunt. **I**n iuriā em̄ que sic
sanctis redundat in deū. **Luce. x.** Qui
uos audit me audit. ⁊ qui uos spernit
me spernit. **Q**uarta fatuitas ē ex eo.
q̄ ille choree sunt arma dyaboli. q̄ in
hoc seculo exercent. **T**ribus enim mo
dis dyabolus in p̄t̄m luxurie facit
corrūere. modo per uisum. modo per
colloquiū. modo per tactū. **I**n chore
is autem ista omnia cōcurrūt. **N**ā ibi
sunt uerba lubrica. ⁊ modulacōes can
tum. ibi est fixa uisio faciez. **I**bi est
tactus manū ignitariū. ⁊ ideo ex ta
li uicinitate ⁊ appropinquatione sepe
ignis accēdit. ⁊ mala cōcupiscētia in
flammat. ⁊ quācumq̄ hō sit for
tis ⁊ durus tanq̄ ferrū. uel sit natura
liter frigidus tanq̄ lapis. uel sit cādē
dus tanq̄ murus dealbatus. tamē non
confidat nec de sua fortitudine. nec de
sua frigiditate nec de sua sanctitate.
Siquidē ferrū in igne positū emolle
scit. sic homines firmos in suo p̄po
sito. concupiscētie ignis emollescere fe
cit. **Hiero.** Ferreas mentes libido do
mat. **E**x cōcussione etiā duorum lapī
dum frigidoz ignis excutit. sic ex ni
mia familiaritate uiroz ⁊ mulierū li
cet a principio uideant frigidū. sepe p
concupiscētiā inflāmantur. **S**uis igit
tur frigidior esse poterat. q̄ qui in ex
tremis laborabat. **U**nde refert **Greg.**
in dialogo de quodā sacerdote agē
te in extremis. cui cum quedam mulier

facie appropinquaret ut sciret si ad
huc spiraret. ⁊ ille uoce qua potuit ex
clamauit. recede mulier recede. tolle pa
leam adhuc uuit igniculus. **H**ic etiā
dealbatus quis ex candela non obu
ratur tamē denigrat. sic etiā quis alī
qui non cōburant ex cōcupiscētia. ta
men ex nimia mulierum familiaritate
denigrant ī fama. uel aliquo modo in
consciētia. quam nō habēt apud deū
sinceram. **Hiero.** Crede mihi. non pōt
cū deo toto corde ābulare. qui femina
rum accessib9 copulat.

Dominica in quadragesima.

Sermo primus.

Dixit Ihesus in desertis
a spū ut tēptaret a dyabolo
Mat. iiii. Sicut x̄ps uoluit
mori ut per suā mortē nostrā destrue
ret. sic uoluit tēptari ut n̄ras tēptati
ones superaret. **U**oluit enim tēptari
immediate post baptismū. ut tēptati
tis daret cōsolacōis remediū. **F**uit et
tēptatus statim quādo fuit baptisatus.
quādo a p̄re filius fuit appellatus.
quādo spū sanctus in specie columbe
super eū māsit. quādo celos aptos ui
dit. quādo quadraginta dieb9 ⁊ qua
draginta noctibus ieiunauit. **I**tem p̄ hoc
datur intelligi. q̄ si aliq̄s tēptat. nō
est minus a peccatis mūdatus. nō ē mi
nus dei filiatione dignus. non ē minus
spūscō dignus. non est min9 celo dig
nus. non est minus in sua penitentiā
deo acceptus. **T**ēptari ergo uoluit cri
stus ut nostras tēptationes uinceret.
ut tēptatis cōsolamen preberet. et ut
dyabolo q̄ ipse esset filius dei occulta
ret. **S**ciebat q̄ppe dyabolus per scrip
turas ⁊ prophetas. dei filiū in mūn
dum esse ueturū. ⁊ suū sibi dominū

ablaturum. Audiens atq; sicut Crisostomus in
xpi nativitate angelum pastoribus annu-
ciantem, angelorum multitudinem iubilantem,
Jobanem digito demonstrantem, patrem in
baptismate testificantem, Spiritum sanctum in
specie columbe descendentem, et nunc xl. diebus
et quadraginta noctibus ipsum ieiunantem, eum esse
dei filium suspicatus est. Sed postmodum
videns eum esurisse, ipsum esse dei filium
plurimum dubitavit. Non enim crede-
bat dei filium posse esurire. Volens igitur
experiri utrum esset dei filius an homo
purus, et sciens quia primum hominem
est quia tm̄ lanā id ē tēporalia querit.
Auḡ. **Sunt in ecclesia quidā preposi-**
ti nō propter deū que sunt dei queren-
tes. sed tēporalia om̄da sectātes ho-
 nores ab hominibz appetētes. **quisq̄s**
talis est mercenarij ē. **Legit̄ Genesis**
xxxi. q̄ quādo **Laban iuit ad tondē**
das oues. **Jacob fugit.** quia qn̄ prela-
 tus in subditis tm̄ tēporalia q̄rit. cri-
 stus ab eo recedit. **Tercio fit mētio**
de lupo cuius triplex officii scz rape-
re. dispergere. et mactare. **De duobz pri-**
mis dicit̄ hic. **De tercio dicitur supra**
Jo. x. **Fur nō uenit nisi ut furet et ma-**
ctet et perdat. **Lupus igit infernal̄ a-**
lmas dispergit. **disperfas rapit.** **rap-**
tas occidit. **Primo igit dispergit id ē**
per diuersa uicia spargit. **Nam lucifer**
spargit per superbiā. **māmon.** per a-

lupus.

uariciam / asmodeus per luxuriã / Tãto
autem spargunt crudelius. quãto sciunt
se habere tẽpus breuius. Dicit in li. de
animalib9 / quia quãdo lup9 se nescit
7 nõ põt predari / uadit de nocte iux
ta ciuitates 7 hominib9 insidiat / Sic
dyabol9 sciẽs temp9 suum esse breue
iam de hominibus bestialib9 non cu
rat. sed bonos deuorare festinat / Psu
dor9 de summo bono / Tunc dyabol
lus cõtra euz quem possidet acius se
mit / quãdo se diuina uirtute ab eo ex
pellendum cognoscit / Apocal. xii. De
terre 7 mari quia descẽdet ad uos dia
bolus habẽs irã magnã. sciẽs q7 mo
dicum tẽpus habet / Secũdo aĩas di
spersas rapit ad penã. 7 hoc quadam
cathena anulos multos habet / Con
ficatur enim ex mala suggestione / dele
ctatione / cõsensu. opere. cõsuetudine.
7 necessitate / Prouer. Fumib9 peccato
rum suz cõstringit / Quis at elemosi
ne sine læce in cor demonis 7 sagittæ
orationes sine lapides. tamen postq7
dyabol9 sic eũ incathenauit uix expel
li põt siue per sagittas elemosinarũ / si
ue per lapides orõnum / Job xli. Nõ
fugabit eũ uir sagittari9 7 in stipulam
uersi sunt ei lapides funde / Tercio ani
mas sic raptas occidit i morte eterna
/ Psal. / Mors peccatoz pessima / Est
enim mala. quia animã deuastat 7 pal
scit. / Psal. / Mors depascet eos. / Glosa
Hoc dicit ad similitudinez iumentoz /
que non radicitus herbas euellunt sed
summitates carpunt. ut iterũ herbe na
scant ad pastũ / Sic etiã illi morte de
pasti reuiuiscunt. quia nõ deficiunt / Est
peior quia nõ potest mori / Augustin9
de ci. de. / Nulla quippe maior 7 peior
est mors. q7 ubi non morit mors / Est

pessima / quia utrũq7 occidit scz corp9
7 animã / Idem ibidẽ. / Mors aĩe fit cũ
eam deserit deus. / Mors corporis euz
illud deserit anima / Mors utriusq7 cũ
anima a deo separata deserit corpus
/ Ita enim nec ex deo uiuit aĩa nec cor
pus ex ipsa. / Quarto fit mẽtio de o
uib9 xpi de quib9 tria signa ponũ
tur / Primũ est. quia pastorez recogno
scunt. unde dicit / Cognoscunt me mee.
/ Boni em cognoscũt deũ nõ tm cogni
tione innata. que ẽ per instinctu7 natu
ralem / De qua / Job xxvi. / Dñs homi
nes uidet eum / Non tm cognitõe spel
culatiua. que ẽ per fidẽ / De qua. / i. Col
rintb. xii. / Uidem9 nunc per speculuz
in enigmate. sed maxie cognitõe pra
ctica. que est per mãdatoz dei obser
uationem / Psal. / A mãdatis tuis intel
lexi / De qua tãdem peruenit ad cogni
tionem que est aperta / De qua ibidem
/ Tunc at facie ad faciẽ. / Secundũ est
quia uocẽ ei9 audiunt. unde dicit in
fra / Oues mee uocẽ meã audiũt / unde
supra dicit / Non nouerũt uocem alic
norum / Tres em uoces sunt alienorũ 7
quarta ueri pastoris / Prima est uox lu
pi id ẽ demõis. qui uocat oues ad oc
cidendũ / Greg. / Lupus est malign9 spi
ritus / qui caulas fidelium insidias circu
it 7 mortes animaz querit. / Secũda
est uox furis / id ẽ carnis que uocat ad
predãdum / De quo fure dicitur supra
/ Fur non uenit. nisi ut furet / hẽ. / Caro ei
per uisum 7 alios sensus corporis ani
mam depredat / Tren. iii. / Ocul9 meus
depredatus ẽ animã meã / Tercia uox
est mercenarij / id est mũdi qui eas uo
cat ad tõdendũ. / Licet mũd9 pmit
tat tamen in morte oues suas rãdẽ
7 attõsas ipsas extra mũduz mittit.

Job xxvii. Diues cum dormierit ni-
hil secum afferet. Quarta uox ē ueri pa-
 storis id est xp̄i qui eas uocat ad pa-
 scendum. Jo. x. Ingredietur et egredietur
et pascua inueniet. De his quatuor uoci-
 bus dicit Bern. Vocat mundus. uo-
 cat caro. uocat dyabolus. uocat cr̄ist̄us.
Mundus dicit ego deficio. caro ego i-
terficio. dyabolus ego interficio. xp̄s ego
reficio. inde quem sequeris. Tertium
 signum est q̄ pastore sequuntur et post
 eum uadunt. Vnde postq̄ dixit dñs.
Oues mee uocē meā audiūt. subiūxit.
et sequuntur me. Ideo xp̄s assimilatur se-
 galline. Matth. xxiii. Quociens uolui
 congregare filios tuos quēadmodum
 gallina congregat pullos suos sub a-
 las. Instar enim galline fouet bona nra
proposita. donec pariat per bōa ope-
ra. et tunc debemus eum sequi regradia-
do et cognoscēdo eius dona. Legitur
 de proprietatibus auis q̄ gallina iter-
 dum fouet oua anatū et pauonū. et p-
 pria. Sed cum oēs creuerit ueri pulli
 matri adherēt. anete in aquis se imer-
 gunt. pauones de sua pulcritudine glo-
 riantes nutrice relinquit. Sic etiā de-
 us bona proposita fouet et nutrit. s̄
 quidā sibi adherēt qui ipsum sequun-
 tur per imitationē per gratiarū actio-
 nem. Alii uero eū deserētes in aq̄s uo-
 luptatum se imergūt. Alii uero de sua
 superbia gloriātes ingrati existūt.

Bermo secundus unde supra
Dñus pastor animā suā dat
 pro oibz suis. Mercenarius
 autē et qui non est pastor uidet
 lupum ueniēte etc. Sicut est differen-
 tia inter regē et tirānum. quia rex intē-
 dit utilitatē populi non suā. tirannus
 autem utilitatē suā nō populi. Sic

differētia est inter pastore et mercena-
 rium et lupū. Officiū enim pastoris ē o-
 ues pascere. et mercenarii oues tondere.
 et lupi oues occidere. Dicit autē Augusti-
 nus de uerbis domini. q̄ pastor ē di-
 ligēdus. mercenarij est tolerandus. q̄
 tādū est utilis q̄dū nō uidet lupum
 ueniēte. Tunc em̄ fugit. Lupo siue lu-
 pus est uitādus. Est igitur officij pas-
 toris pascere uerbo sc̄ et exēplo et tem-
 porali subsidio. Verbo quidē per in-
 structionē et correctionē. Uiere. iii. Da-
 bo uobis pastore iuxta cor meū q̄ pa-
 scet uos sciētia et doctrina. i. Thi. iiii.
Argue. obsecra. increpa in om̄i patien-
tia et doctrina. Boni em̄ sunt obsecra-
 di. mali arguēdi et increpādi. Omnes
 autem cum discretōe et patiētia tolerā-
 di. Hunc est q̄ in archa moysi erāt mā-
 na. uirga et tabule testamēti. ut habet
Debre. ix. quia in plato qui est archa
 dei. debet eē māna dulcis exhortatio
 nis quo ad bonos. et uirga seuerē cor-
 rectionis quo ad duos. et tabule dis-
 cretionis quo ad om̄s. Hinc ē q̄ Sa-
 lomō fecit sculpi in basibz tēpli bo-
 ues et leones et cherubin. ut habetur. iii.
Regum vii. In boue mānētudo siue
 maturitas. In leone ferocitas. In che-
 rubin sciētia signat. Prelat̄ em̄ quia
 debet esse basis id ē sustentamētuz ec-
 clēsie debet quātum ad bonos eē mā-
 suetus. quātum ad duos seuerus. quāt-
 um ad om̄es sapiēs et discretus. Secū-
do dicit pascere exēplo per bone uite
informationē. ad Titū. ii. In omnibz
 teipsum prebe exēplum honoruz ope-
 rum. Legit. i. Regū x. q̄ Saul fuit al-
 tior omni populo ab humero et sur-
 sum. quia prelat̄ sicut pre aliis imi-
 net officio. sic debet eminere exēplo.

Pastoris offi. 3.

Grego. Non debet hominum ducatum suscipere qui nescit hoies uiuendo p̄ire / sed hodie multi habent uocē Jacob bonā doctrinā. sed manū Esau per operationē malā. De talibus dicit Job xli. Ossa bebestiarum uelut fistule eris.

Sunt enim ossa dyaboli inquam carrent sensu bene uiuendi / sed uident eē fistule dei inquam habent sonum bene docendi. Tales non uiuificāt aīas / sed occidunt. **T**ripliciter enim pōt dici pastor esse occisor ouium suarū / etiam sine iniectione manū. uno quādo dat eis pabulū uenenatū. **S**ecundo modo / quando subtrahit eis pabulū necessarium. **T**ercio modo / quando uidet q̄ herbā uenenatā comedūt / et tamē nō ardet. **S**ic et prelati subditos occidunt. p̄rio malū exēplūz prebēdo. **D**see vi. Participes sacerdotū in uia interficiētium. pergentes de sikkem in hierusalē. **I**nterf. Falsi sacerdotes abscondunt uia / et occidunt homines malis operibz ne perueniāt in hierusalē. **S**ecundo bona tēporalia auferēdo. **E**ccl. xxxiiii. Panis egentium uita pauperū est / qui defraudat eum homo sanguis est. **I**bidē. Qui auferit i sudore panē. quasi qui occidit pauperem. **T**ercio uicia dissimulādo. **E**zec. xxxiii. Si dicēte me ad impium morte morieris / et non fueris ei locus ut se custodiat a uia sua mala / ipse iniquitate sua morietur. sanguinē autem eius de manu tua requirā. unde dicit negligens prelati. **L**acha. xi. Non pasce uos / quod morietur moriat / et quod succiditur succidat. **Grego.** Tot occidunt quot ad mortē quotidie tepidi et tacētes ire uidemus. **T**unc subditus moritur sine te / quādo in cā mortis contradicentem pertulerit te. **T**ercio debz pa

scere temporali subsidio per submissione / **Aug.** Talis debet esse rector. q̄ proponat uerbū doctrine ignorantibus / et mēsam suam cōmunicz indigentibus. **L**ibēter audit eīz linguaz loquētem. cui expectat dexterā portigentem. **Greg.** Qui non dat pro ouibz substantiam suā. quō pro hiis datur est animaz suam / sed multi sunt q̄ sua subditis nō tribuūt / sed potius ab eis bona sua auferūt. **T**ales uident eē peiores dyabolo. **C**um enim hō tria habeat scz res tēporales. corp⁹ et animam. **D**yabolus non curat de rebus nec de corpore / sed t̄m de aīa occidēda. **G**en. xii. Da mihi animas cetera tolle tibi. **Q**uis autem aliquando res auferat et corpus ledat. hoc nō facit nisi apud animā / ut scz per rerū ablationē et corporis lesionē animā trahat in desperationem. **P**relati autē auarus et res auferit indebite rapiendo. **E**zechi. xxiiii. **D**e pastoribus israhel qui pascat se / metipsoz et corpus ledit iuste opprimendo. ut ex tali oppressionē possint pecuniā extorquere. **D**ichee iii. Si quis non dederit in ore eoz quippiā sanctificat super eum prelium. **V**ias occidit prauū exēplum prebēdo. **L**acha. xi. **P**asce pecora occisionis. **G**lo. **C**uicumq̄ doctores mininos scādalisant ipsi pecora occisionis nutriunt. **Q**equit uidere de officio mercenariū. quod est tondere. et tamē x̄p̄s p̄rio pastori nūc q̄ dixit / quia non erat mercenari⁹. nec dixit occide quia non erat lup⁹. **S**i dixit pasce quia erat pastor uer⁹. **S**emel tamen sibi dixit occide. nam sicut dicitur **M**at. x. **C**uz petrus uidisset lintē de celo descēdere in quo erāt quadrupedia. serpētia terre et uolatilia celi. **S**ca.

est uox ad eum dicēs Surge petre oc-
cide ⁊ māduca. Ibi em non erāt oues
quia non dixisset ei. occide ⁊ pasce s̄
erant uolatilia per que intelligunt̄ suū
perbi. ⁊ reptilia terre per que intelligū/
tur auari. Et quadrupedia immunda
per que intelligunt̄ luxuriosi. Luxuria
enim in corpore agit̄ quod ex quatu
or elemētis cōponit̄. Vel signat̄ luxu
ria per quadrupedia. quia luxuriosus
uadit in infernū cum quatuor pedib⁹
Quar⁹ at̄ uadit cum duobus. Unus ē
quia male acquirit̄. ali⁹ quia male retinet̄.
Superbus em uadit cum trib⁹. Unus
est quia bona que habet suis meriti re
cepisse se credit. Ali⁹ autez est quia fal
so de se sentit. ⁊ multa se credit habere
que non habet. Tercio at̄ est quia i sua
cōparatione ceteros paruipedit̄. Lu
xuriosus uadit cum quatuor. Unus ē
uicium gulositatis. Uult em laute co
medere ut possit suā libidinē exercere
Secūdo autem ē uicū libidinosē uo
luptatis. ut dicit Hieronim⁹. Venter
mero estuās cito despumat in luxuriā
Tercio autē est uicū prodigalitat̄. Si
cut patet in filio prodigo qui disti/
pauit unuersam substātiā suā uiuē
do luxuriose ut habet̄. Luc. xv. Guar
tus est uicū rapacitatis. quia postq̄
cōsumpserit propria cōuertit se ad ra
piendum aliena. Omnes igit̄ tales p̄
latus debet occidere. ut uidelicet super
biam occidat in superbis. auariciā in
auaris. luxuriā in luxuriosis. Sequit̄
tur uidere de officio lupi id ē dyabo
li quod est oues occidere. Suas q̄dez
tripliciter occidit. Primo decipiēdo p̄
astutiam. Legit̄ enim q̄ lup⁹ aliquan
do uoces humanas emittit. ⁊ aliquan
do latratū canū fingit. ut sic pastores

⁊ oues decipiat. Aliquādo em dyabo
lus aliquā suggestionē imittit. que ha
bet speciez homi. ut sic boies decipiat.
ii. Coz. xi. Timeo at̄ ne sicut serpens
euam seduxit astutia sua. ita corrupā/
tur sensus uestri. Ibidē Ipse em sacha
nas trāffigurat se in angelū lucis. Tūc
se in āgelum lucis trāffigurat. quādo
ea uidet̄ suggerere que boni āgeli per/
suadere cōsueuerūt. Secūdo frangen
do per impatiētiam. Legit̄ q̄ quādo
lup⁹ ad ouile uadit ne canes ei⁹ odo/
rem sentiant. cōtra uentū uadit. Sicut
autē per uētū prosperū. prosperitas
sic per uentū contrariū aduersitas de/
signat̄. Tunc igit̄ dyabol⁹ cōtra uen
tum uadit. quādo hominē in aduersi/
tatibus existētem. itez tēptando inua/
dit. Sepe em dei iusticia p̄mittente. ho
mini. tribulato ex ablatōe terrene sub
stantie addit afflictionē i corpore. et
inde tēptationē in mēte. ut sic ad ipa
tientiam ⁊ desperationē inducat. sicut
patet in Job. cui pri⁹ res abstulit. De
inde filios extinxit. Deinde graui ulce
re eum percussit. tandē per uxorē ⁊ a/
micos graues tēptatōes in cor ei⁹ mi
sit. sed ille eum in omnibus superauit.

Talis em⁹ est natura dyaboli q̄ si
in principio ei resistit debilis efficitur.
Crisost. super Mathe. In primis gra
uis ⁊ intolerabilis est impet⁹ dyabo
li. quem si quis fortiter sustinuerit. i se
cundo iueniet ifirmiorē. Quāto enim
plus percussus fuerit. tāto magis refri
gecit ⁊ defecit. Tercio alliciēdo per
spem uanā. Legit̄ in libr. de animal
bus. q̄ lupus diligit ualde ludere. ⁊ si
potest rapere puerū. cum eo ludet. ⁊ si
ea eū comedit. Sualiter at̄ dyabolus
cum p̄ctōre ludat. ostēdit Gregori⁹ in

pastorali dicēs. **D**yabolus modo alio
rum facta grauiora alleuiat. modo
nihil esse quod perpetrātū ē affirmat.
modo misericordē deū loquit. modo
ad huc tēpus subsequēs ad penitenti/
am pollicet. ut dum per hec decepta
mens ducit. ab incepta intēctione peni/
tentie suspendat. **Prouer. xiiii. Stultis**
illudat peccatū. id ē dyabolus qui fuit
causa peccati. postq̄ at cum peccato /
re sic iuferit eū comedit. Ambro. in ser /
mo. Dyabolus filios suos non diligit.
sed odit. Sic enī eos amat ut perdat.
sicut amat gluto porcellū ut comedat.
¶ Vel per lupos icelligi possunt tirāni
Grego. Lupus super oues uenit. cū qui
libet iniustus raptor fideles et hūiles
opprimit. De istis lupis dicit Sopho
nie iiii. Iudices eis lupi uespere nō re /
linquebant in mane. Abacuc. i. uelocio
¶ res lupis uespertinis. Sūt enī lupi ues
pertini. matutini et meridiani. Lupi ma
tutini. quia adhuc nō esuriūt multuz.
partem ouis comedunt et partē relin /
quunt. Tales sunt multi tirāni q̄ bona
pauperū rapiūt. sed partē tamē eis di
mittunt. Lupi uero meridiani. id est q̄
usq̄ ad meridiē non comederūt. et q̄
multū esuriunt et quia p̄pter estū mul
tum sitiunt. totā ouem comedūt et san
guinem bibūt. Tales sunt qui totā su
pellectilē auferūt. et insuper possessio /
nes quas cum multo sudore acquisi /
uerunt diripiūt. Psalms. Iudices pra
ui lupoꝝ more cūcta diripiūt. et vix
pauca pauperibꝝ derelinquunt. Lupi
autem uespertini. id est qui usq̄ ad ues
peram non comederūt. adeo esuriūt. q̄
et carnes ouis comedūt et sanguinē bi
bunt. et pellē scindūt et ossa frangunt.
Sic sunt multi tirāni. qui a pauperibꝝ

pecunias exhauriūt. possessiones diri
piunt. domos tollunt. uestes auferunt
personas opprimunt. **Hiere. li. Come /**
dit me. deuorauit me Nabuchodonosor
rex babilonis. hoc quo ad lupos
matutinos qui p̄ artē carniū come /
dunt. Absorbuit me sicut draco. hoc
quo ad lupos meridianos. qui totā
ouem comedūt et sanguinem bibūt. Et
superius dicit. Iste nouissimꝝ exossauit
me Nabuchodonosor. hoc quo ad lu
pos uespertinos qui ōnia comedunt
et sanguinē bibūt. et ossa frangūt. Pro
uer. xxviii. Leo enī rugiēs et ursus est /
riens. princeps impius super populū
pauperem.

Sermo terciꝝ vñ supra.
Animam meā pono p̄ ouibus
meis. Serui dei pro quibꝝ cri
stus animā suā posuit. et quos
precioso sanguine redemit. cōparant
ouibus propter sex. que in ouibus re
periunt. Primo ē ouis aīal multa sim
plicitate predicti. Sic serui dei debent
esse simplices. id est sine plica duplici
tatis. De qua simplicitate dicit Grego.
in moral. quod abhominant. egipti
hoc israelite deo offerūt. quia simpli
citatē et māuetudinē deo immolant.
quam abhominātes egipti fatuital
tem putant. Et ista simplicitas consi
stet quātum ad aspectū simplicitē. sc̄z ut
ipsum ad deū tm̄ dirigāt. et tūc totū
corpus id est cōgeries operū erit luci
dum. id ē deo gratū. **Matth. vi. Si o**
culus tuꝝ fuerit simplex. totū corpꝝ tu
um lucidum erit. et istā simplicitateꝝ a /
spectus non habēt illi. qui cum uno o
culo uolunt respicere in celū. et cuꝝ alio
in terram. et qui uolunt simul diligere
deum et mundū. cōtra quos dicit. Mat

thei vi. **N**ō potestis deo seruire ⁊ mā/
mone. Tales nō habēt simplicitatez a/
quilinam. **A**quila enim pullos quos
uiderit celū aspiciere tanq̄ p̄prios nū
tric. quos at̄ ad terrā tanq̄ degeneres
abicit. **S**ecūdo debēt habere simpli
cem affectū. scz ut simplici corde non
duplici proximum diligāt. i. **P**etri. i.
Simplici ex corde inuicē diligite at/
tentius. **I**stā simplicitatē affectus nō
habent illi qui in ore habent dilectio/
nem sed in corde seruāt rācorē. **E**cclē.
xii. **I**n labiis suis indulcat inimicus
⁊ in corde suo insidiat̄ ut subuertat te
in foueā. **I**sti non habēt simplicitatez
colūbinam que caret felle amaritudi/
nis ⁊ rācoris. **N**ath. x. **E**stote pruden
tes sicut serpētes ⁊ simpli. si co. **T**er
cio debēt habere simplici actū ut sim
plici intentione proximo seruiat. **R**o.
xii. **S**ui tribuit in simplicitate nō ha/
bent illi qui iō aliquibz tribuunt aliq̄
ut surripiat̄ sua. **E**ccl. xiii. **S**ubridens
spem dabit. **n**arrās tibi ōnia bōa ⁊ di
cit q̄ opus tibi est. **E**t cōfundet te in
ebis tuis donec exinaniat te bis ⁊ c.
Isti non habēt simplicitatē ouiu. **O**
uis enim nullum ledit ⁊ nescit mala in
ferre. sed illata patiēter tolerare. **O**m/
nibus seruit. quia pascit ⁊ induit. **O**n
de dicit **A**ug. q̄ ouis implet p̄ceptuz
euāgelici. quia de duabz tunicis dat
unam non habēt. **S**ecūdo ē ouis ani
mal quod naturaliter fugit lupū. **S**ic
quilibet debet fugere peccatū. **E**cclē.
xxi. **S**uasi a facie colubri fuge pecca/
tum. **p**mo multo āplius. **N**am iter ea
que sunt infra terrā nihil est peius in/
ferno. **I**nter ea que sunt in terra nihil ē
peius serpēte ⁊ colubro. **I**nter ea q̄ sunt
super terrā id est in aere nihil est peius

dracone. **E**t tamen ista tria inuitant̄ a
propheta ut laudent deum. **L**audate
inquit dominū de terra dracones ⁊ ō/
nes abyssi serpētes ⁊ uolucres p̄nate
Nusq̄ autē propheta dicit. q̄ super/
bi uel auari uel luxuriosi laudēt deuz
Ex quo sequit̄ q̄ p̄t̄m est peius dra
cone inferno. ⁊ serpēte. **N**ec mirū q̄ in
fernus laudat dei iusticiā sicut latro ī
patibulo iudicē laudat. quia ip̄m iu/
stum eē demonstrat. **D**raco pre sui ma/
gnitudine laudat dei potentiā. **E**st eī
maximus omniū animantiū super ter
ram. **S**erpens laudat dei sapientiā ip̄
se enim caput abscondit ⁊ corpus per/
cussioni exponit. **E**t in hoc deum lau
dat qui tantam sapiētiam sibi dedit.
Peccator em̄ deuz non laudat s̄z blas
phemat. **R**oma ii. **N**omē dei per uos
blasphemat. **T**ercio ouis est aīal v/
tile ⁊ fecundū. **N**e cesse est at̄ q̄ quādo
oues sunt fete. pastor eas custodiat ⁊
portet. **P**sa. xl. **F**etas ipse portabit.
Tribus at̄ decausis ouis aliq̄n abor/
sum patit. **P**rimo fm̄ **M**inium. quan
do est sola. **T**unc em̄ pre nimio timo/
re abortit. quia timet ne in os lupi de
ueniat. **S**ecūdo. p̄pter contruū. sicut
idem dicit. **T**ercio. quando comedit
herbas uenenatas. **A**ristotiles aut̄ po
nit quartū qd̄ maxime eas abortit̄ fa
cit. **S**icut fumū extincte cādele. **A**nima
tunc est pregnās. quādo habet multa
bona proposita. tunc parit quando
ea cōplet per bona opera. **S**ed pecca/
tor est solus. quādo non habet deū se
cum ⁊ perdidit participationem meri
torum ecclesie. **E**t quia est solus nō ha
bet qui euz adiuuet uel subleuet. **I**deo
enim fetum boni propositi nec etiā in
corde pōt nutrire. nec ipsum per bōa

opera parere. et sic necesse est quod patiat
aborsum. Eccl. iiii. De soli quod si cecide
rit non habet subleuantem. Auarus in cor
de suo multa habet tonitrua. Domus est
anxietas in acquirendo. Aliud timor in
custodiendo. Aliud dolor in perdendo.
Et ista tonitrua boni propositi fetui
extinguunt. Inter tot enim anxietates ty
mores et dolores bona proposita cre
scere non possunt. sicut patet in semine
quod spine suffocauerunt. Lu. vii. Luxuria
est herba uenenata que corpus et
animam inficit et corrumpit. boni pro
positi fetui extinguit. Semen enim non po
test crescere in terra conculcata ut habe
tur ibidem. Animam enim luxuriosi a demo
nibus conculat. Eccl. ix. Omnia muli
er que est fornicaria quasi stercus in uia
conculcabit. Superbia est fumus qui in al
cum ascendit et subito euanescit. Iste fu
mus fetui boni propositi extinguit. Se
men enim non potest crescere in terra petro
sa id est in mente dura que ad penitenti
am rescindi non potest. ut habetur ibi
dem de semine quod supra petram ceci
dit. Quarto ovis est animal obedi
ens et mansuetum. Illi autem pastori o
ues secure obedire possunt qui eas co
gnoscit diligit et defendit. Sic et uerus
pastor christus circa eas habet scientiam co
gnoscendi. Jo. x. Cognosco oves meas
et potestiam defendendi. ibidem. Non rapi
et eas quisquam de manu mea. et uolunta
tem saluandi. ibidem. Animam meam pro o
uibus meis pono. Ber. Huic secure me
credo qui saluare me uelit nouerit pos
sit. Dicit in li. de animalibus. quod pastores
docent oves festine ambulare ad auditum
alicuius uocis. Sic et uiri religiosi de
bent esse multum ueloces ad obediendum
ad uoces prelati sui. Debet autem ista obe

diencia habere tres comites. i. simplici
tatem. charitatem. et concordem uolunta
tem. Istud significatum est Job lxi. ubi
dicitur. quod iob amici dederunt sibi oues u
nam. et in aure auream unam. per in aures
enim intelligitur obediencia. Psal. In au
ditu auris obediuit mihi. Ista obedi
encia debet habere ouem annexam. qua de
bet fieri cum humili et simplici corde.
Et debet esse aurea quia debet fieri ex
unanimi et concordia uoluntate. Quidam
enim obediunt non simpliciter sed fide
Isti non habent ouem annexam. Alii ob
ediunt non ex charitate sed necessitate.
Horum in auris non aurea. Alii prudentes
apud semetipsos suam uoluntatem
nolunt unire cum uoluntate prelati. Ho
rum in auris non est una. Quinto o
uis est animal sobrium et modestum. qua par
uis pascuis est contenta et expensis mo
dicis sustentatur. Sic et serui dei modicus
debet esse contentus. Seneca. Dicitur sit ti
bi ex re facili. nec ad uoluptatem sed ad
cibum accede. Palatum tuum fames exci
tet non sapor. Desideria tua pro re
dime. quia hoc tamen curare debes ut del
sinant. Ubi autem istarum ouium in fu
turo erit ille de quo dicitur. Ezech. xxx
iii. In pascuis uberrimis pasceas oves
meas. et in montibus excelsis erunt pasce
earum. ibi requiescent in herbis uirenti
bus. et pascuis pinguius pascentur super
montes israel. Ex quibus uerbis habe
tur. quod pascea beatorum uberrima pi
guia et uirentia. pascentur enim in cognitio
ne summe ueritatis. Et ista pascea erit
uberrima. quia siue ingrediantur ad con
templandum deitatem. siue egrediantur ad
contemplandum humanitatem ubique inue
nient plenam saccietatem. Jo. x. Ingredietur
et egredietur et pascea inueniet. Eiusdem

xvii. Hec est uita eterna ut cognoscant
te solū uerū deū ⁊ quem misisti Thel-
sum xpm. Secūdo pascēt i delecta-
tionē ⁊ fructiōe summe suauitatis. et
ista erūt pascua pigua. Psal. Et adī-
pe frumētī satiat te. Stud frumentum
est ille qui de se dicit Jo. xii. Dist gra-
num frumētī cadēs in terrā mortuum
fuerit ipsum solū manet ⁊c. Adeps isti
us frumētī est suauitas ⁊ delectatio q̄
causat ex amore dei. Psal. Sicut adī-
pe ⁊ pinguedine repleat anima mea.

Tercio pascēt in eternitate perpe-
tue securitatis. Et ista tūc erūt pascua
uirentia. Nūq̄ em̄ illa pascua arefēt
uel marcescēt sed semper ipsa uirent
perpetua erūt. Sexto at̄ ouis ē ani-
mal multū pacificū māsuētū ⁊ quietuz
Sic ⁊ serui dei laborare debēt ut quie-
ti sint. Thessal. iiii. Rogamus autem
uos fratres ut abūdetis magis ⁊ ope-
ram detis ut quieti sitis. Ista aut̄ qui-
etem habēt illi qui terrena despiciunt
⁊ in deo amorē suū ponūt Jo. xvii.
Hec em̄ locut⁹ sum uobis ut i me pa-
cem habeatis. In mūdo at̄ pressuram
habebitis. Grego. Suid em̄ quiet⁹ q̄
nihil in hoc mūdo appetere. Suid la-
boriosus q̄ terrenis desideris estua-
re. Huc est q̄ israhel sabbatuz accepit
in munere. egyptus percutit in musca-
rum multitudine. Cum em̄ tria sint q̄
naturaliter quietē appetāt sc̄ corpus
sensus ⁊ anim⁹. In hominib⁹ terrenis
desideris deditis q̄scere ista nō pos-
sunt. Corp⁹ enim semper est in labore
⁊ fatigatione. Ecc̄i. xxxi. Laborauit
suis non possunt habere somnū nec q̄-
ietem. Cum em̄ quies sensuū sit somn⁹.
a talibus somnus fugit. Gen. xxxi. Cu-

giebat somn⁹ ab oculis meis. Ecc̄i. v.
Saturitas diuitis id ē abundātia di-
uitiarum non sinit eū dormire. Anim⁹
semper est in sollicitudine. Niere. xlix.
Turbati sunt in mari. pre sollicitudine
quiescere nō potuerūt. Et quia ista tria
sunt in auaris quietē nō possunt ha-
bere. ideo dicit Aug⁹. Diuitias iuē-
sti requiē perdidisti. Cum uigilas de
his cogitas. cū dormis latrones som-
nias. In die sollicit⁹ in nocte pauid⁹.
semper autē medicus.

Quinta tertia. Ter. prim⁹

Modicum ⁊ non uidebitis me.
iterū modicū ⁊ uidebitis me.
Jo. xvi. Naturale est inter a-
micos q̄ cupiunt mutua uisione per-
frui. mutua locutiōne refici. ⁊ corpora-
li presentia cōsolari. ⁊ deoq̄ discipuli
desiderabāt semper xpm uidere. eius uer-
ba audire ⁊ presentia retinere. ⁊ iō ni-
mis tristabant. quādo xps de suo re-
cessu mētiōnē faciebat sicut dixit i uer-
bis premis. Modicū ⁊ nō uidebitis
me. Circa quod sciēdū q̄ apostoli fu-
erunt in quadruplici statu. Prim⁹ est
in quo fuerūt in multo timore. et hoc
ante passionē. Tumebant em̄ semper ne
xpi presentia perderēt. ad hoc perti-
net quod dixit parū supra. hec aut̄ ab
inicio nō dixi q̄a uobiscū erā. et nunc
uado ad eū qui me misit. Istū enī ti-
morem in eis generabāt uerba tristia.
que super hoc sepe eis replicabat. Jo-
han. xii. Filioli mei adhuc modicum
uobiscū sum. Eiusdē xiiii. Adhuc mo-
dicum ⁊ mund⁹ me iam nō uidebitis. Se-
cudus stat⁹ est in quo fuerūt in multa
tristitia ⁊ dolore. ⁊ hoc in passioe ⁊ in
toto illo triduo in quo ipsum nō ui-
derunt. ⁊ ad hoc pertinet illud qd̄ di-

et modicum et non uidebitis me et illud quod sequitur Amen amen dico uobis quia plorabitis et flebitis uos etc.

Tercius status est in quo habuerunt gaudium sed semiplenum et hoc post resurrectionem. Gaudebant enim de hoc quod christum sibi apparentem uidebant sed plene gaudere non poterant quia sciebant quod modico tempore id est tantum .xl. diebus cum eis moraturus erat et ad hoc pertinet illud Et iterum modicum et uidebitis me.

Et illud Vos autem contristabimini sed tristitia uestra uertetur in gaudium. Sed autem predicta uerba sunt intelligenda dicit Augustinus. Modicum tempus fuit quod non uiderunt eum id est illud triduum quo in sepulcro quiescit et iterum modicum quo eum uiderunt id est illi .xl. dies in quibus sepius post resurrectionem suam eis apparuit. Hec autem uerba in mentem eis erant obscura quod ea intelligere non ualebant id est dicebant quid est quod dicit nobis modicum.

Huius autem triplex erat causa. **P**rima secundum Crisostomum propter eorum tristitiam que amouebat a mente eorum ea que dicebant. **A**lia erat secundum eundem contrarietas que uidebatur esse in uerbis domini dicentis uidebitis me et non uidebitis.

Tercia est quia credebant quod eis parabolice loqueretur sicut sepe facere consuevit. **Q**uartus status est in quo habuerunt gaudium plenum et perpetuum ut in beata dei uisione in qua modo sunt.

Et ad hoc pertinet illud et tunc autem uidebo uos et gaudebit cor uestrum et gaudium uestrum nemo tollet a uobis. **S**ecundum autem Augustinum illud intelligit de gaudio illius beate uisionis de qua dicitur prius Jo. iiii. Cum apparuerit ei similes erimus quia uidebimus eum sicuti et studium enim gaudium nunquam tollit nec finitur.

Augustinus ibidem ubi non est finis et sufficit nobis. **E**ternus igitur erit neque enim sufficit nobis finis nisi cuius nullus est finis. **I**stius autem quadruplicem statum apostolorum ostendit dominus per similitudinem mulieris pregnantis et parturientis.

Talis enim mulier quadrupliciter potest considerari. **P**rimo prout est pregnantis et tunc est in multo timore. **S**epe enim timet ne fetus dispereat et huic respondet primus status apostolorum in quo semper timebant ne christus ab eis recederet. **S**ecundo prout est in partu et tunc est in multo dolore propter ueteris cruciationem. **E**t huic respondet secundus status apostolorum in quo fuerunt in multa tristitia propter christi passionem. **T**ercio prout est post partum et hoc dupliciter. **U**no modo prout peperit filium et habet gaudium semiplenum et huic respondet tertius status apostolorum in quo fuerunt aliquantulum in leticia propter christi resurrectionem et tunc semiplenum habuerunt gaudium. **S**ecundo prout peperit masculinum tunc habet gaudium plenum et huic respondet quartus status apostolorum in quo modo sunt ubi habent plenum gaudium et perfectum. **U**nde dicit Augustinus ibidem Parturicio tristitie partus autem gaudio comparatur quod tunc magis esse consuevit quando non puerula sed puer nascitur. **I**stius quadruplicem statum habet et serui dei. **S**unt enim in timore et merore in gaudio semipleno et in gaudio perfecto. **I**n timore quod sunt ne deum amittant sicut propheta dicebat se amisisse dicens Redde mihi letitiam salutaris tui. **S**ed notandum quod ab aliquibus recedit et nunquam redit ab aliquibus recedit et redit ab aliquibus nunquam recedit et ideo non oportet quod redeat.

Et ista triplex differentia fuit in cristi
familia quam habuit in hac uita. **Fu**
it enim uny scz iudas a quo xps recessit.
qn ipm tradidit nūq̄ redit q̄a despe
rauit. cum dixit. **Peccauit** tradens san
guinem iustuz plenus malicia 7 om/
ni iniquitate spiritū exalauit. **Abidem**
et i fine laq̄o se suspēdit. **Secūdo** fuit
Petrus a quo xps recessit quādo ip/
sum negauit sed statim redit quando
amare fleuit. **Tercia** fuit beata uirgo
Maria a qua xps nuq̄ recessit. 7 id
redire non oportuit. **Ista triplex dif**
ferētia quotidie in hac uita inuenit et
per similitudinē in sole cōsiderat. **Sol**
em aliquas partes nunq̄ illuminat scz
regionem infernalē. **Aliquas** aliquā illu
minat aliquādo non sicut nostraz ha
bitabilem. **Aliquas** at̄ semper illuminat
sicut ea que supra sunt ut dicit **Dyo**/
nisius. **Similiter** 7 in hominibus qdaz
sunt a quibz sol iusticie recedit 7 nun/
q̄ redit sicut sunt duri 7 obstinati q̄ de
um a se expellunt. 7 ne ad eos redeat
malis operibz cōtradicunt. **Job xxi.**
Dixerunt deo recede a nobis. **Ecce** q̄a
expellunt eū. **Sciētiam** uiarū tuaz nō
lumus. **ecce** qui a ne redeat cōtradicūt
Eiusdem xxiiii. **Ipsi** fuerūt rebelles lu
mini. **Isti** sunt qui dicunt. **Psalm** xxx.
Auferte a me uia. **Declinate** a me semi/
tam cessz a facie nra sancty israhel. **No**
lunt enim q̄ deus ad eos redeat nec per
uiam mādatoꝝ nec semitā cōsiliōꝝ
nec q̄ illum uet per inspirationē faciē
mentis eoz. **Alii** sunt a quibus deus re
cedit 7 postea redit sicut sunt peniten
tes a quibus deus recessit per culpā sed
redit per penitentiam. **Mathe. xviii.** **Si**
penitentiā gens illa egerit a malo suo
quod locut⁹ sum aduersus eā agam.

7 ego penitētiā super malo qd cogi
taui ut facerē ei. **Cacha. i.** **Conuertimi**
ni ad me 7 ego cōuertar ad uos dicit
domin⁹ exercitū. **Tales** etiā sunt ui
ri sancti a quibz ad modicū iocundi/
tas cōtemplationis subtrahit et hoc
ut feruētius requirat 7 fort⁹ teneatur.
Ber. super Latic. **Subtrahit** se ad tem
pus ab eis quo auidi⁹ reuocet 7 for/
tius teneat. **Preterit⁹** uult teneri abi
ens reuocari. **Et** tamen illud modicuz
quo se subtrahit ualde uidet eis lon/
gum. **Idem** **D** modicū non modicum
o modicū longū. **Pie** dñe modicum di
cis q̄ nō uideam⁹ te. **Saluum** sit uer/
bum dñi mei. **Tamē** longū est multuz
7 ualde nimis. **Verū** tamen utriq̄ uel
rum. 7 modicū meritis non modicum
uotis. **Alii** uero sunt a quibz nūq̄ rel
cedit sed quasi uolēter eū tenet. **Sant**
ui. **Tenui** eū nec dimittā. **Ambrosius.**
Uim facimus dño. nō compellēdo s̄
flendo. non prouocādo iniuriis. s̄ la/
crimis exorādo. nō blasphemādo per
superbiam. sed per humilitatē meren/
do. **D** brā uolētia que nō indignati/
one percutit sed mīa condonat. **Se**
cundo serui dei sunt i merore. **Et** hoc
quadruplici de causa. que significatur
Josue xv. **Suspirauit** axa ut sedebat
asino 7 dixit p̄ri suo. **Terrā** australem
7 arētem dedisti mihi iunge 7 irriguā
Deditq̄ ei irriguū superi⁹ et inferius.
Axa sedēs asino est aia p̄sidēs corpo
ri suo. que plorat. **Primo** q̄a sepe ha
bet mentē aridā ab humore deuotōis
interne. hoc est habere terrā arentem.
Psalm. **Anima** mea sicut terra sine aq̄ ti
bi. **Eccl. li.** **Anime** nostre sitiunt uebe/
menter. **Secūdo** plorat q̄ adhuc ha
bet corp⁹ inflāmatuz igne concupiscē

tie et hoc est habere terram australem propter quod dicit Apostolus **Ro. vii.** In felix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius. **Tercio** plorat pro dilatione superne patrie et hoc est habere irriguum superius. **Psal.** Sup flumina babilonis illic sedimus et fleuimus. **et.** **Quarto** plorat pro incolatu presentis miserie et hoc est habere irriguum inferius. **Psal.** Deus mihi quia incolatus. **et.** **Tercio** serui dei habent hic gaudium et consolationem semiplenam quod significatum est. **iii. Regum xvii.** ubi dicitur quod deus per cornos mittebat Helye mane et uespere panem et carnes et bibebat de torrente. Ille pane et carne uescit qui celesti consolatione nutrit que maxime ex meditacione diuinitatis et humanitatis percipit. **Sed** ista consolatio in tribus deficit. **Primo** quia habet imperfectionem quod notatur per hoc quod dabatur tamen mane et uespere et non meridie. **In** mane et uespere est lux et calor sed imperfectus in meridie uero perfectus. **Beati** igitur pascunt in meridie id est in perfecta dei cognitione et dilectione. **Canticum i.** Indica mihi ubi pascas ubi cubas in meridie. **In** presenti autem pascuntur mane et uespere quia imperfecte deum diligunt et cognoscunt. **i. Cor. xii.** Nunc cognosco ex parte. **et.** **Secundo** huius admixtionem que admixtio causatur uel ex corporis corruptioe uel dyaboli temptatione uel mundi persecutioe quod notatur per hoc quod bibebat de torrente. **Psal. i.** Vinum tuum mixtum est aqua. **Tercio** habet terminacionem quod notatur per hoc quod deus illum cibum sibi subtrahit intantum quod uadens saretam sidoniorum buccellam panis uix habere potuit quia deus uiris sanctis sepe consolaciones spi-

rituales subtrahit adeo ut etiam modicum habere non sinat et hoc facit deus siue ut in humilitate conseruent. **ii. Corinth. xii.** De magnitudo reuelationum extollat me. **et.** **Sine** ut incauta securitas intet que est mihi negligetie. **Greg.** Dum mens secura redditur in corpore laxatur. **Quarto** serui dei habent gaudium plenum et hoc prout sunt in beata uita quod quidem ex dei uisione causatur et ideo dicitur. **Item** autem uidebo uos et gaudebit cor uestrum. **et.** **De** qua uisione dicitur **Job xxxii.** Videbit faciem eius in nubilo. **i. Petri. i.** In quem desiderat angeli prospicere. **Math. xvii.** Angeli eorum semper uident faciem patris mei. **Sed** facit hic **Greg.** questionem in moralibus quare si uident quod uidere desiderant et si uidere desiderant quod uident. **Et** respondet **Desiderium** inquit anxietatem huius anxietas penam satietas uero fastidium. **De** sit ergo in desiderio anxietas desiderantes faciant. **De** sit in satietate fastidium. **satietati** desiderant. **Erit** igitur nobis delectabiliter impressa sitis simul atque satietas sed longe abente a siti necessitas. **Non** ergo a satietate fastidium quia sitiētes satietabimur et satietati sitiētes. **per** ergo quod omnis defectus ibi suppletur et gaudium plenum inuenitur ad quod nos perducatur dominus.

Sermo secundus.
Quod cum parit tristitiam habet quia uenit hora eius. **et.** **Inter** malos et bonos hoc distat quia mali uolunt facere festum ante uigiliam uolentes nunc gaudere temporaliter et ideo in futuro facient uigiliam quia flebunt eternaliter. **Alii** etiam sunt qui uolent uenire de festo ad festum id est de gaudio presentis uite ad gaudium felicitatis.

tis eterne **C**ontra quos dicit Hieron/
Difficile ymo impossibile est. ut presen/
tibus quis ⁊ futuris fruatur bonis. ut
de deliciis transeat ad delicias. ut hic
uenter ⁊ illic mentē impleat. ⁊ ut i utro
q; seculo sit primus. ⁊ in utroq; appare/
at gloriosus. **B**oni uero faciunt hic vi/
giliam in luctu penitentie. ⁊ iō perueni/
unt ad festum iocunditatis eterne. ⁊ hoc
ē quod dicit hic sub methaphora mu/
lieris. **M**ulier cum parit tristitia habet
Ecce uigiliam penitentie. **D**einde sub/
dicitur **T**ristitia uestra uertet in gaudi/
um. **E**cce festiuitas iocunditatis eterne.
In uerbis premissis tria ponunt. **P**ri/
mum ē similitudo mulieris parientis
cum dicitur. **M**ulier cum parit. **I**sta mu/
lier significat ecclesiam uel quilibz fide/
lem animā. que concipit per bona pro/
posita sed parit per bona opera. **D**e/
qua dicitur **A**poca. xii. **M**ulier amicta
sole ⁊ luna sub pedibus eius. ⁊ in capi/
te eius corona stellarum duodecim. et in/
uero habes. ⁊ clamabat parturientis et
cruciat ut pariat. **T**unc ista mulier ē a/
micta sole quādo induta est xpi con/
uersione scz pietate humilitate. **p**ati/
entia ⁊ obedientia. **R**o. xiii. **I**nduimini
dominū **I**hesum xpm. **P**er lunā signi/
ficat mutabilitas rez temporalium. **S**i/
cut em luna mutat. quia nunc plena.
nunc semiplena. modo uacua. **S**ic mū/
dus aliquādo est plenus. qñ alicui dat
plenam cōsolationem. **A**liquādo semi/
plenus. quādo ex vna parte dat cōso/
lationē ex alia tribulationē. **A**liquā uā/
cuis. quādo dat omnimodā desolati/
onem. **I**stā lunā sancti habent sub pe/
dibus quia auariciā habēt sub affecti/
bus. **A**uari aut habēt istā lunā in capi/
te. quia hñt cupiditatē in mēte. **A**mos

ix. **A**uaricia in capite omnium. **D**ebent
etiam habere coronas. **xii. stellarum.** quia
debēt imitari doctrinā et exēpla duo/
decim apostolorum. **P**arit aut per bona
opera sed cum cruciatu. quia in bñ o/
perando multa sustinet aduersa. **R**o.
viii. **O**mnis creatura ingemiscit. ⁊ par/
turit usq; adhuc. **S**unt aut aliq; mulie/
res que nollēt parere. quia nolunt do/
lorem partus sentire. **S**ic etiā sunt mul/
ti qui nolunt facere opera mēte quia ti/
ment aduersa sustinere. sed iter ceteras
proprietates liliū legit q; succus eius p/
dest mulieri ad pariedum. **C**erua etiā
comedit quādam herbā uel radices. q;
dicitur dragantea que parere eam facit.
Ait quoq; **I**lmus. q; aquila in nido
suo ponit quēdam lapidē preciosum.
qui ipsam iuuat ad pariedum. **I**stud
liliū est xps qui dicit **C**antic. ii. **E**go
flos campi ⁊ liliū cōuallium. **N**on em
est flos orti. sed capi. quia odor sue mi/
sericordie non est clausus sed apertus.
⁊ non est liliū montium sed uallium. quia
non plantat in montibus id ē i cordi/
bus superborum sed humilium. **S**uccus hu/
ius liliū est sanguis xpi. **P**er herbā si/
gnificat humana fragilitas siue mor/
talitas. **P**salm. xl. **O**mnis caro fenit. **S**i/
cut ei herba uirescit. deinde arefcit. post
ea putrescit. **S**ic hō uiret in iuuetute. a/
rescit i senectute. putrescit i morte. **P**er
lapidē preciosum significat gloria
sanctorum. que ⁊ lapis est in quātum est
solida ⁊ eterna. ⁊ preciosa ē in quātum
est ineffabilis ⁊ supra merita. ⁊ lucida
est in quātum illuminat mētes ⁊ corda.
Psalm. **P**osuit i capite eius coronā de
lapide precioso. **I**sta igitur tria faciunt
ut homo non dimittat. ppter aduer/
sa quin pariat per bōa opera. **P**rimū

no

est meditatio passionis dñice Hebre.
xii. Recogitate eū qui talem sustinuit
a peccatoribus aduersus semetipm o
tradictione. ut nō fatigemini animis
uestris deficientes Grego. Si passio cri
sti ad memoriā reducit nihil est quod
non equo aīo toleret. Secundū ē me
moria mortis proprie Idē Valde se
sollicitat in bono opere qui semp co
gitat de extremo fine. Tercū est me
ditatio celestis glorie Glo. super illud
Jaco. i. Omne gaudiū existimate. 1c.
De indignemini si mali in mundo flo
rent. si 7 uos patimini quia nō est xpi
ane dignitatis in tēporalib9 exaltari
sed potius deprimi. Ali nihil habēt
in celo. 7 uos nihil in mūdo. s3 spe illi
us boni ad quod tēdit. quicqd i uia
cōtingat gaudere debetis Secundo
ponit h9 mulieris tristitia salubris
dicit Tristitiā habet. que quidez tristi
cia causat ex quadruplici causa. ut di
cit Grego. in moral. sc3 quādo qs cō
siderat ubi fuit. ubi erit. 7 ubi est. 7 ubi
non est. Ubi fuit inqt in pctō. ubi erit.
in iudicio. ubi est. in miseria. 7 ubi non
est in gloria. Prīo ergo tristari debet
quia fuit in pctō. ex eo. q̄ perdidit de
um 7 omne meritū suū. Nicbe. i. Ca
ciam eis plāctuz uelut draconū. luctū
quasi strucionū. Camel9 draconis i in
fidis posit9 caput cum plāta conterit.
tunc draco plāctum magnū emittit.
Strutio oua in puluere relinquēs eo
rum obliuiscit. que aliquādo a bestiis
cōculcant. Tandē strutio rediēs 7 fra
cta oua inueniēs luctum facit. Pecca
tor igit debet luctū facere. 7 deb3 plā
gere instar draconis. quia caput suuz
id est deū perdidit. 7 instar strucionis
quia perdidit oua sua id ē ōnia meri

ta sua 7 bona opera Secūdo deb3 ha
bere tristitiā 7 timorem. cōsiderādo q̄
erit in iudicio Psal. A iudiciis em̄ cul
is timui Nam fm Greg. Superi9 erit
iudex irat9. inferi9 infern9 accensus.
A dextris pctā accusantia. a sinistris
demonia ad suppliciū trabētia. Ter
cio debet habere tristitiā cōsiderando
q̄ est in miseria Psal. Deu mihi quia
inco. me. prolōga. ē. Dec mirū quia si
cut dicit Crusost. super Mattheū Ani
ma in hac uita est potēs sed peregrina
Caro autē infirma sed in domo pro
pria est. Caro igit quia hic ē domesti
ca. sepe anime dominat. Anima uero
quia est potēs resistit. 7 sepe carne9 ad
bonuz trahit. In futuro at erit anima
potens. quia in domo ppria. caro ue
ro infirma 7 peregrina. 7 ideo tūc aīa
carni totaliter domiabit. 7 quicquid
uoluerit spūs mox cōsentiet corpus. et
ponit exēplum Crusost. Si em̄ aliqs po
tens i domo pauperis hospitat. pau
per ibi iubet quia in domo sua ē. Di
ues autē aliquā ibi habet agēdi fidu
ciam quia potēs est. Sed si pauper in
domo diuitis intrauerit non est ausus
os aperire. tum q̄ peregrinus ē. tum
quia pauper est. Quarto debet habe
re tristitiā cōsiderādo. q̄ nō est in glo
ria. 10 suspirabat propheta dicens Si
cut ceruz desiderat ad fon. aquaz. sc̄
Ceruz quādo senescit grauat in corni
bus. i. ueterantē pili. 7 caligāt oculi. tunc
pugnat cum serpēte 7 euz occidit. hau
stoq̄ ueneno ardētissime sicut 7 in flu
men se proiciēs totus renouatus exit.
Sic uiri sancti pugnat cum dyabolo
carne 7 mūdo. 7 ardēter sicut ad fon
tem uite peruenire. Ubi renouant i cor
nibus id est in uirtutibus. quia modo

habent eas imperfectas tunc autē per
fectas. i. Coz. xiii Cum uenerit quod
perfectum ē euacuabit quod ex par/
te est. Renouant in pelle id ē in corpo
re quod efficitur. imortale. subtile cla
rum. et agile. Renouant in oculis qa
nunc uidet in enigmate. tunc autē facie
ad facie ut dicit. i. Coz. xii. Tercio
ponit oportunitas tēporis. cum dicitur
quia uenit hora eius. In presenti ei
uita est tēpus flendi peccata. In futu
ro at erit tēpus letādi in gloria Ecccl.
iii. Tempus flēdi et tēpus ridēdi. Nō
est tempus pugnādi cōtra uicia. Tūc
erit tēpus quiescēdi in pace perpetua.
Modo est tēpus belli. Tunc uero tem
pus pacis. Modo est tēpus propter
deum perdēdi modicū. Tunc erit tem
pus acqrendi et non perdēdi. Augusti
nus in li. i. omel. Quasi fenus traieci
uum cum deo facis. hic das ibi recipi
es. hic das res perituras. ibi recipies
res sine fine permāsuras. Notādum
q tempus quadrupliciter pōt cōside
rari scz in mūdo. in iudicio. in celo. et
in inferno. In mūdo de tēpore est ma
gna copia. et ideo. ipso uti debem⁹ ad
bonum operādum. Gal. vi. Dum tem
pus habemus. operemur bonū. ad om
nes. Ad malū uitādum. Ecccl. iiii. Con
serua tēpus et deuita malū. Et ad sa
lutem procurandam. ii. Coz. vi. Ecce
nunc tēpus acceptabile. Ecce nūc dies
salutis. In hoc igit tēpore debet qui
libet benefacere priusq tēpus pretere
at. priusq omnia derelinquat. Ecccl. xi
Desis q tempus p̄treat. et mors ap
propinquat. et relinques omnia alia. In
iudicio at erit de tēpore nostruz ac
cepti. et sim illud nos examiat et ui

dicabit. Psal. Cum accepero tempus
ego iusti. iudi. Ber. Omne tempus no
bis ipensum. requiret a nobis qualiter
sit expēsū. Idem. Sicut non peribit
capillus a capite. sic nec momētū a tē
pore. Ideo sancti uiri diligēter cauēt
ne de tēpore modicū quid amittāt. ne
de eo in iudicio rōnem reddāt. Vnde
Aug⁹. in li. cōfes. accusat se coram deo
de hoc q araneas muscas capiētes a
liquādo libēter aspexit. et de hoc q p
uiam trāsies canes leporē insequentes
aliquādo libēter uidit. Ideo autē de
his se accusat. nō quia in his pecca
tum sit. sed quia tēpus quod ibi occu
pauit in bonis meditationib⁹ expen
dere debebat. In celo at erit temporis
perfectio plena. Deutr. xxxiii. Adesse
festināt tēpora. id est ad perfectionem
Sed modo est tēpus preteritū. modo
presens. modo futurū. Tunc erit nullū
preteritū nullum futurū. null⁹ annus.
nullus mēsis. nulla ebdomada. s; tm̄
una dies. Qacha. xiiii. Erit dies una q
nora est domino. non dies neq; nox.
In tēpore uespere erit lux. In iferno at
erit de tēpore magna caristia. Apoca.
x. Angelus iurauit per uiuētē. q temp
pus ampli⁹ non erit scz ad penitēdi.
Si em̄ dānati possent habere aliquod
temporis momentū. carius esset eis q
si totum lucrarent mūdum. qa tunc
possent penitere et miam promereri. Un
de dixit sanct⁹ Martyn⁹ dyabolo. Si
tu miser ab hominū infestatione desi
steres. et de malis tuis peniteres. ego
de deo cōfessus tibi ueniam pollicerer.
Sed quia dyaboly est extra tempus
merēdi. et in malo cōfirmat⁹. ideo peni
tere non potest. Seruādus ē igit quod
dicit. Ecccl. x. Quodcūq; potest man⁹

tua instanter operare. quia nec opus nec ratio. nec scientia nec sapientia erunt apud inferos. quo tu properas. Homo enim quatuor modis mereri potest. Primo bona opera faciendo. sed hoc ibi non erit. ideo dicitur quod non erit ibi opus. Dam nati enim manus ligatas habebunt. ideo nihil boni operari poterunt. Mat. xxi. Ligatis manibus et pedibus etc. Secundo potest quis mereri carnem suam mortificando et rationi subiuciendo. sed hoc ibi non erit. ideo dicitur quod ibi non erit ratio que sensualitati dominetur. Non enim uiuet secundum rationem sed secundum furiosam sensualitatem. quia semper erunt in turbatione. Psalm. Peccator uidebit et irascetur. semper in desperatione. Diere. xxxii. Desperauimus post cogitationes nostras inimici. Tercio potest quis mereri perfecte in deum credendo. sed hoc ibi non erit. ideo dicitur quod non erit ibi scientia uidelicet sanctorum que per fidem deum cognoscunt. In hac enim uita fideles habent de deo ueram fidem. in beata autem uita habent apertam uisionem. sed damnati habebunt obumbrata. Matth. xxii. Mittite eum in tenebras exteriores.

Quarto potest quis mereri deum diligendo. sed hoc ibi non erit. unde dicitur quod non erit ibi sapientia. id est sapida scientia quia cum sapore deus diligit. damnati autem deum non diligunt sed odio habent. unde psalm. Superbia eorum qui te oderunt ascendet semper.

Sermo tercius.

Quoniam autem peperit puerus iam non meminit pressurę. propter gaudium quia natus est homo in mundum. Quis penitentia sanctorum uiuorum multam uideat habere asperitatem. tamen leuigari debet considerando tantę glorie immensitatem. Et istud ostendit

Hieronymus quadruplici exemplo dicens. 1. maritudinem radicis dulcedo componat. 2. pericula maris spes portus delectat. 3. Dolorem medicine spes salutis mitigat. 4. Qui enim nucleum desiderat nucem frangat. Ergo penitentiam agat qui eterno uult adherere bono. Quintum autem exemplum ponit dominus hic. quia dolorem parturitatis alleviat natiuitas optate prolis. ideo dicitur. Cum autem peperit puerum iam non meminit pressurę. Per hanc mulierem designat ecclesia siue quilibet fidelis anima. quam quidem christus desponsauit. que desponsata concipit et parit. Desponsat autem eam christus anulo fidei. Usee ii. Sponsabo te mihi in fide. Ubi dixit. Desponsabo te anulo suo subarravit mercedem. Designat autem fides per anulum. quia anulus gemis ornat. sic fides xii. articulis. quasi xii. lapidibus preciosis. qui erant rationali summi sacerdotis ut dicitur. Exodi xxviii. Ista autem fides debet habere annexam bonam operationem. speciem et claritatem. que etiam in anulo significatur.

Nam quantum in manu defertur bono opera exprimentur. Lu. xv. Date anulum in manu eius. Uultus enim sponsus pro malo haberet si sponsa sua anulum in archa uel in bursa teneret. et non in manu portaret. Sic christo fides grata non est que tantum est in corde et non manifesta in opere. In quantum autem est figurę sperice que finem non habet. signat spes que est de uisibilibus et eternis. Roma. viii. Spes que uidetur non est spes. Ubi autem quod uidetur quis quid sperat. Si autem quod non uidemus speramus per patientiam expectamus. In quantum autem anulum ponit in quarto digito signat claritatem. Dicit enim phisici quod a corde que dam uena procedit que in quarto di-

104
gito respōdet per quod significat q̄
sponsa debet amare xpm spōsum suū
amore precordiali. **Mat. xxii** Diliges
dñm deuz tuū ex toto corde tuo. **Mo-**
dicur at̄ tm̄ in uno digito ad innuen/
dum q̄ debet amare euz amore singu/
lari. **In ceteris** em̄ homo uult bñe soci/
um nisi in amādo uxorez. **Sic** et cristy
non uult ut mundū cum ipso amemz.
Iaco. iiii Quicūqz uoluerit amicus es/
se huius mundi inimicy dei cōstituet.
Debet at̄ anulus aurez esse ad innuen/
dum q̄ debet eū diligere amore insu/
perabili. **Sicut** em̄ aurū sua preciosa
te omnia metalla excellit. sic amor spō
si et sponse omnes alios amores vin/
cit. unde uir et uxor patrē et matrem rel/
aque putride sunt dicende. De quibus dicit Gen. xlix. Effusus es sicut aqua. non crescas quia ascendisti cubile patris tui. Nihilominus et ipse aque matrimoniales possunt esse clare. possunt esse putride. possunt esse nec plene clare nec plene putride. Tribus enim de causis potest quis coniugio uti. Primo propter propagationem ad dei scilicet cultum nunc tunc ille sunt clare aque. De quibus dicit Prover. v. Bibe aquas de cisterna tua. bibe eam solus ne sint alieni participes tui. Loquitur enim ibi Salomon ad fratrem de ista aqua. quibus alieni id est demones participes non sunt. quando ipsi coniuges honorem dei intendunt. Secundo propter solam uoluptatis expletionem. et tunc ille aque putride sunt. Tho. vi. In eos qui concupiscunt ita suscipiunt ut deum a se et a sua mente excludant. et sue libidini ita uacent. ut equus et mulus quibus non est intellectus. habet super eos potestatem demonum. ideo dixit sextus in suis sententiis. Dulcer est in suam uxorem amator ardentior. Tercio propter infirmitatis medicamentum. et tunc iste aque sunt nec plene clare nec plene putride. Istis igitur aquis sic in unum congregatis apparet arida. id est castitas pura. que in tribus locis apparet. scilicet uirginibus uidiuis et continentibus. Secundo spissantur ueniunt et mansionem faciunt apud illos qui habent corda pia et uirida. sic sunt boni coniugati et misericordie opera exercentes. quod significat per secundam missionem columbe scilicet quando super oliuam sedit. Oliua quidem in foliis habet uiridem. In liquore habet dulcedinem. Quod tunc ad primum signat. quod boni coniugati et actiui debent habere uiridem bone uite. De

quo uiridem dicit Gene. i. Germinet terra herbam uiridem. id est uitam gratam et deo placentem. Tunc autem uita eorum deo est placita quando habent timorem quantum ad deum. carnis mortificationem quantum ad seipsum. et charitatem quantum ad proximos. De his tribus dicit Mat. iiii. Ultro enim terra fructificat primam herbam. deinde spicam deinde fructum plenum in spica. id est secundum Glo. Timorem. penitentiam et charitatem. Per herbam enim intelligitur timor. quia sicut herba est principium spice. sic timor est principium noue uite. Prover. i. Timor domini principium sapientie. Per spicam que est aspera. significatur penitentia dura. Job. xli. Ipse me reprehendo. et ergo penitentiam ago in fauilla et cinere. Per plenum fructum in spica. signatur charitas. quia sicut dicit Roma. xiii. Plenitudo legis est dilectio. Sui enim habet charitatem. habet operum plenitudinem. quia sicut dicit Gre. Nunquam est amor dei ociosus. Operatur enim magna si est. si autem operari renuit amor non est. Secundo oliua in liquore habet dulcedinem. et quantum ad hoc signatur opera pietatis. que boni actiui et coniugati habere dicunt. Oleum enim habet uirtutes penetratiuam. ps. Intrauit sicut oleum in ossibus eius. Impinguatiua ps. Impinguasti in oleo caput meum. Letificatiuam ps. ut exhilaret faciem in oleo. Et eleuatiuam quia super ceteros liquores eleuat. per quod datur intelligi quod ipsa elemosina dyabolum penetrando uulnerat. cum sit lancea dei. Unde dicitur de elemosina Ecccl. xxix. Super scutum potentis et super lanceam aduersus inimicum tuum pugnabit. Animam impinguando delectat cum sit adeps dei ps. Et adipe

riens Hœ fenestram emisit coruum q
egrediebatur et nō reuertebatur. Tales em̄
suam cōuersionē p̄crastrando diffe/
runt. **Aug.** Remanent foris cum uoce
coruina quia noluerunt habere gemi/
tum columbinū **Soph. ii.** Vox cantā/
tis in fenestra et coruus in sup̄liminari/
demergent. **Mat. viii.** Impetu abiit
totus grex porcorū p̄ preceptis in mare.
et mortui sunt in aquis. **Ista tria loca**
in quibus dyabolus mansionez facit
ponunt **Job. xl.** Sub umbra dormit
in secreto calami in locis humētibus.
Quiescit em̄ in hominibus umbrosis
id est in auarīs. **Diuitie em̄ tanq̄ um**
bre cito transeunt **Sapient. v.** Transie/
runt em̄ omnia tanq̄ umbra. **Quiescit**
em̄ in hominibus sup̄bis et uane glori/
osis. **Ideo subdit** In secreto calami.
Sup̄bi em̄ exterius uident esse miti/
sed interius sunt uacui. In quibus dy/
abolus quiescit **Job. xl.** Ip̄e em̄ ē rex
sup̄ om̄es filios sup̄bie. **Quiescat in ho**
minibus deliciosis. **Ideo subdit** In lo/
cis humētibus. in locis em̄ aridis id
est in sanctis uiris ab huius deliciis ex/
siccatis q̄scere nō pōt. **Mat. xii.** Am/
bulat p̄ loca arida querens requiem et
nō inuenit.

Sermo tercius unde supra.

Paracletus autem sp̄s sanctus
quem pater mittet in nomine
meo. ille uos docebit om̄ia et c̄.
Magnū donum deus pater nobis
dedit. **quādo filium suum nobis misit**
ad nostram redēptionem. **Magnū**
etiam sup̄ addit. **quādo hodierna die**
sp̄m sanctū nobis exhibuit ad nostrā
filialem adoptōnem. **Maximū nobis**
reseruat sc̄z uultū suum ad nostre bea

titudinis cōsummatōnem. **Nos igitur**
festum celebrauimus de nostra redēp/
tione. **hodie festum agimus de nostra**
adoptōne. **In futuro autem festus fa**
ciemus de beata uisione. **Festum igitur**
quod hodie agimus de nostra adoptio/
ne exprimit in uerbis premissis cū di/
citur. **Paracletus autē sp̄s sanctus et c̄**
ubi de isto sp̄i quatuor tangunt. **Primo**
quod est aduocatus noster. **Secundo quod est cō**
solator noster. **Ista duo notant in hoc**
uerbo quod dicitur paracletus. **Nam secun**
dum **Grego.** greca lingua paracletus. la/
tina aduocatus. siue consolator dicitur.
Tercio quod est sanctificator noster cum
dicitur sp̄s sanctus. **Quarto quod est instru**
ctor noster siue informator noster cū
dicitur. **Ille uos docebit om̄ia.** **Ter**
ca primū notādum quod sicut dicit **Gre.**
Sp̄s sanctus ideo aduocatus dicitur
quia p̄ errore delinquentium apud iudi/
ciam patris interuenit. **dū eos quos**
repleuerit exorantes facit. **Sp̄s igitur**
sanctus in eo quod apostolos impleuit ex/
oratores et nostros aduocatos eos fe/
cit. **Ille autē est bonus aduocatus quod**
et iudici scit luculenter persuadere. et di/
entulo sapienter consulere. et aduersa/
rium potēter confutare. **et ideo in bo**
no aduocato tria requirunt. sc̄z eloquē/
tia. sapientia et constantia. **Ista tria apli**
sufficiēter receperunt a sp̄s sancto. **Lu.**
xxi. Ego em̄ dabo uobis os et sapien/
tiam. cui nō poterunt resistere et cōtra/
dicere om̄es aduersari uestri. **Pulchra**
p̄mixtio. eloquētia cum sapientia. et cō/
stantia. **Sapientia em̄ siue eloquētia ha**
bet inutilitatē. **Ecc̄l. xli.** Sapientia ab/
scondita et thesaurus inuisus que utili/
tas in utrisq̄. **Eloquētia siue sapientia**
bz garrulitatem. **Sui em̄ minus sunt**

sapientes. sepe sunt magis loquaces.
Unde cum Solon philosophus alius lo-
queretur taceret interrogatus est si ta-
ceret propter inopiam uerborum uel quia
stultus esset. **S**ui respondit. Nullus stul-
tus tacere potest. **S**apientia et eloquen-
tia sine constantia habet timiditatem. **I**deo
tales timidi monent. **E**ccl. vii. **N**oli quod
rere fieri iudex. nisi uirtute ualeas irru-
pere iniquitates. ne forte extimescas fa-
ciem potentis etc. **D**icit ergo dominus
Ego dabo uobis os. i. eloquentiam ne
sitis inuiles et infructuosi. **D**abo uobis
sapientiam. cum eloquentia ne sitis tantum
garruli et uerborum. **C**um his dabo con-
stantiam. cui non poterunt resistere. et con-
tradicere omnes aduersarii uestri. ne sitis
timidi et formidulosi. **I**deo etiam apo-
stoli receperunt spiritum sanctum in lingua.
et in igne. **I**n lingua. quia dedit eis facien-
tiam. **I**n igne. qui lucet et ardet. quia de-
dit eis lucidam sapientiam et feruentem
constantiam. **S**ed multi sunt qui non ha-
bent linguam inflammatam igne isto scilicet
spiritus sancti. sed potius igne inferni. **I**n
cobi. ii. **L**ingua constituit in membris
nostris. que maculat totum corpus. et
inflammat rotam natiuitatis nostre. in-
flammat a gehena. et ideo ad linguam potest
homo cognosci si est infernalis. uel cele-
stis. uel terrestri. **D**eus quidem tres prouin-
cias fecit. et in qualibet propriam lingua-
gium proposuit. scilicet prouinciam celestem. ter-
restrem. et infernalem. **L**inguagium prouin-
cie celestis. est deum laudare et benedicere.
Ps. **B**eati qui habitant in domo tua
domine. in secula seculorum laudabunt te.
Linguagium prouincie terrestri. est de ter-
renis tractare. **J**obanis. iii. **S**ui de ter-
ra est de terra loquitur. **L**inguagium infer-
nalis prouincie. est deum maledicere et

blasphemare. **U**nde dicit de damnato
Psa. viii. **C**um esuriret irascetur. et ma-
ledicet regi suo et deo suo. **C**ognoscatur
igitur quis de qua prouincia sit ad loque-
lam suam. **U**nde dictum fuit Petro.
Mathe. xxvii. **G**alileus es. nam loqui
latina te manifestum facit. **S**ui igitur
loquitur uerba laudis dei et edificationis
proximi. **S**ignum est quod spectat ad pro-
uinciam celi. **U**nde dicebat dominus.
qui linguagium celi habebat. **J**obanis.
vii. **S**uare loquelam meam non cognos-
citis. **S**ui loquitur uerba terrena et mun-
dana. **S**ignum est quod spectat ad prouin-
ciam mundi. **J**ob. iii. **S**piritus de mundo
sunt ideo de mundo loquuntur et munda-
lus eos audit. **S**ui uero loquitur uer-
ba maledictionis et mendacii. **S**ignum
est quod spectat ad prouinciam inferni. quia
istud est proprium linguagium infernalis
Jobanis. viii. **C**um loquitur mendacium
ex propriis loquitur. quia mendax est et
pater eius. **S**ecundo spiritus sanctus est con-
solator noster. **A**ctu. ix. **E**cclia qui
deum crescebat. et habebat pacem et edifi-
ficabat ambulans in timore domini. et
consolatione spiritus sancti replebat. **V**era
enim consolatio non est nisi in deo. et de deo.
et istam consolationem diuinam non possunt
recipere illi qui habent consolationem
mundanam. **J**ob. xvii. **S**piritus ueritatis
quem mundus. i. amatores mundi non
potest accipere. quia non uidet eum nec scit
eum. **I**n mundo enim tria sunt iuxta illud
.i. **J**ob. ii. **O**mne quod in mundo est. aut
est concupiscentia carnis. aut concu-
piscentia oculorum. aut superbia uite.
Ista tria peccata scilicet luxuria. auaritia
et superbia uite. consolationem sancti
spiritus impediunt. sicut dicit **C**risostomus. super
ad. p. tria exempla. **S**piritus enim expletur

ē. quia si ostendas leoni pratū virēs
nō excitat̄ eius appetitus. quia nō est
in natura sua comedere herbas viren/
tes sed carnes. Secūm ē. q̄ si pluma su
per lapidē descēdat. lapis a foris bal
neatur intus autēz sicus remanet. Ter
ciuz ē. q̄ si uasi pleno aceto gutta mel
lis infundit̄. mel perdit̄. acetum nō
dulcorat. Primo igit̄ consolatiōnem
et visitatiōnem spūs sancti nō possunt
recipere illi qui habēt cor animale. p̄ car
nis lasciuam. Tales em̄ instar leonis
nō appetunt herbas virentes. i. spūales
et celestes amenitates sed carnales vo
luptates. i. Coz. ii. Animalis hō nō p
cipit ea q̄ sunt spūs dei. Isti circa cor
suum faciunt fossacum plenum aqua
turbida et fetida. i. carnali concupiscē
tiā. ideo ad cor suum intrare nō pōt
inspiratio diuina. Viere. ii. Sicut tibi
vis in terra egypti ut bibas aquā tur
atā. Secundo cōsolatiōnem et visi
tatiōnem spūs sancti nō possunt recipere
illi qui habent cor durum p̄ supbiam.
Cor em̄ supbi est durum sicut lapis. et
ideo si pluuia diuine inspiratiōis cor
eius asperit̄ a foris quidez tāgere po
terit. intus autē cor siccum remanebit.
iuxta illud ps̄. Anima mea sicut terra
sine aqua tibi. Isti faciūt circa se muz
lapideum id est animū obstinatuz. ut
diuina inspiratio transire non possit.
Job. xli. Cor eius indurabit̄ quasi la
pis. Tercio cōsolatiōnem et visitatiōnem
spūs sancti recipere nō possunt illi qui
habent cor acerbum p̄ auariciāz. Aua
rus em̄ habz cor suum plenum aceto.
quia multas patit̄ acerbitates siue in
congregādo siue in custodiēdo siue in
perdēdo. Isti tales nō possunt senti
re mellēam dulcedinem spūs sancti p̄re

nimia acerbitate amoris mundi Aug.
sup illud ps̄ Diligite dñm oēs sancti
eius. Disce nō diligere munduz. ut dis
cas diligere deum. auerte ut cōuertaris
funde ut implearis. Isti faciunt circa
cor suum aceruum luteum. et ideo non
potest trāsire ad aliquod bonuz pro
positum. Abacuc scdo. De qui congre
uat contra se densum lutuz. Tercio spi
ritus sanctus ē sanctificator noster. est
autem sanctum idem qđ mundū. Tūc
autem nos sanctificat. quādo p̄ aquā
grē siue nos mundat. Ezechiel. xxxvi.
Effundam sup vos aqua mundam. et
mūdabimini ab omnibus iniquitatibz
uestris. Ista ē aqua gratie. de qua dici
tur. Ezech. xl viii. Mensus ē mille cu
bitosa. traduxit me p̄ aquam usqz ad
talos. Rursus mensus est mille. et tra
duxit me p̄ aquaz usqz ad genua. Rur
sus mensus ē mille. et traduxit me per
aquaz usqz ad renes. et mensus ē mille
p̄ correm que nō potui transire. qm̄
intumuerūt aque. p̄funde correm. qui
nō potuit transuadare. Causa autēz q̄
re nō potuit transire forte est illa que
ponit̄. Isa. xxx. Spūs eius velut tor
rens inundans usqz ad medium colli.
et in talis autē ē tota corporis suppor
tatio. in genibus est deambulatio. in
rembus ē fomes et concupiscētia. a col
lo p̄cedit uerboz affluētia. Apostoli
igit̄ in flumē spūs sancti introducti fu
erūt usqz ad talos. quia facti sunt for
tes ad sustinēdum pōdus omniū pas
sionum ps̄. Ego cōfir. col. eius. Usqz
ad genua. qz facti sunt magnanimes
ad p̄grediēdum et aggrediēdum opa
virtutum ps̄. Ibunt de virtute in vir
tutem. Usqz ad renes. quia debuitaue

et extinxit in eis omnem somitum et concupiscentiam ps. Inflammatum est cor meum et renes mei commutati sunt. Usque ad collum quia dedit eis omnium linguarum peritiam. Sapientia. Spiritus domini repleuit orbem terrarum. et hoc quod continet omnia. i. ipse homo qui habet participationem cum omnibus scientiam huius vocis. Illi igitur qui in aduersitatibus non sunt fortes sed impatientes nondum sunt introducti in flumen spiritus sancti usque ad talos. Illi qui in melius proficiunt sed aut deficiunt aut subsistunt non sunt introducti usque ad genua. Illi vero qui non habent cordis mundiciam sed carnalibus desideriis agitantur non sunt introducti usque ad renes. Illi qui linguas suas non refrenant sed eas ad uerba inordinata relaxant non sunt introducti usque ad collum. Quarto spiritus sanctus est instructor noster. Nisi enim ipse doceat interius frustra omnis alius magister laborat exterius. Gregorius in omeleia. Nisi spiritus sanctus cordi assistit audientis inuacuum laborat lingua docentis. Demo ergo docenti homini tribuat quod ex ore intelligit docentis quia nisi mens sit qui doceat doctoris lingua exterius inuacuum laborat. Non est ergo attribuendum doctoris sed spiritui sancto si aliquando quis bene doceat uel fructum faciat. Quod ostendit Berni. super Cant. triplici exemplo. Primum est quia aqua non fluit a fonte ad ortos sed per cannales siue aqueductum. Sic igitur in orto auditorum fiat generatio virtutum non est gloria canalium sed fontis. De quo fonte dicit Cant. iiii. Fons ortorum puteus aquarum uiuorum. Secundum exemplum est quia mens hominis format uerba sua per lingue aut de-

tum instrumenta. Si ergo in aure audiens inferunt uerba prudentie non est laus plectri lingue sed mouentis animi. Mat. x. Non enim vos estis qui loquimini sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Tertium exemplum est quod manus figurat pulchram sculpturam uel picturam sed per calamus. Si per aliquem doctorem in corde alicuius scribuntur dei precepta uel pinguntur uirtutum ornamenta non est commendatio calami scribe sed manus scribe per calamus scribe uel scribentis.

In octaua penthecostes.

Sermo. i. **E**rat homo ex phariseis nomen eius demus nomine princeps iudeorum. Johan. iii. Festum de trinitate olim ab ecclesia non fiebat sed quia circa ipsam trinitatem multe hereses succrescebant. Ideo Karolus christianissimus imperator rogauit aliquum magistrum suum ut historiam de trinitate componeret per quam errores eliminaret et fidem catholicam edoceret. Quia composita ordinatum est ut festum istud sollempniter celebraretur. Sunt tamen quedam qui festum istud sollempniter celebrant in octaua penthecostes que est principium dominicarum subsequendum ad inuentionem quod ipsa trinitas est prima causa omnium. Alii in ultima illarum dominicarum que est ante aduentum ad inuentionem quod est finis omnium. Alii nuncque celebrant contenti illa laude continua trinitatis. dicitur Gloria patri et filio et spiritui sancto. Illi autem qui illud celebrant in octaua penthecostes rationabiliter facere uidentur. Celebrauimus enim festum de filio et de spiritu sancto. Celebraturi sumus in patris

festum de patre eterno. Hodie vero ce-
lebramus in simul festum omnium trium
personarum ne videretur inter eos esse di-
uisa maiestas quorum est indiuisa unitas
Supradictum autem euangelium hodie
legitur in quo quilibet personarum apte
exprimitur. Nam persona filii est que lo-
quitur persona patris exprimitur cum di-
citur. Scimus quia a deo venisti persona
na spiritus sancti cum dicitur. Nisi quis re-
natus fuerit ex aqua et spiritu sancto. etc.
et illud Spiritus ubi vult spirat etc. Ex-
primunt autem persone diuine cum suis
proprietas. Cum enim attribuat po-
tentia patri sapientia et spiritu sancto
bonitas. Exprimitur persona patris cum
summa potentia cum dicitur. Nemo enim
potest signa facere que tu facis nisi fue-
rit deus cum eo. Miracula enim facere
diuine potentie. Exprimitur persona fi-
lii cum sua sapientia cum dicitur. Scimus
quia a deo venisti magister. Ad magisterium
enim spectat sapientiam docere. Exprimi-
tur persona spiritus sancti cum sua boni-
tate cum dicitur. Spiritus ubi vult spirat
etc. Non enim ex nostris meritis sed ex sua
gratuita bonitate se nobis infudit. Quod
uis enim pater et filius et spiritus sanctus ha-
beat eandem potentiam sapientiam et bo-
nitatem tamen quia apud nos nomen
patris propter antiquitatem importat im-
potentiam. De simplicibus hoc creditur
de patre celesti attribuit sibi potentiam.
Similiter nomen filii apud nos propter
iuuentutem importat impericiam ideo
ne de filio dei hoc creditur sibi attribui-
tur sapientia. Similiter nomen spiritus sancti
apud nos importat quadam spumoso-
sitate et furorem iuxta illud Psal. ii.
Euenescite ab homine cuius spiritus in na-
ribus eius est. Ideo ne de spiritu hoc

creditur attribuit sibi bonitatem. Primo
igitur patri attribuit potentiam. Est autem
omnipotens quia potest omnia que vult
per se. Omnia quecumque voluit dominus fe-
cit in celis et in terris in mari et in omni-
bus abyssis. Celum enim cum suis sideri-
bus obedit sue voci. Barut. ii. Stelle
vocate sunt et dixerunt. Assumamur. Ter-
ra tremat et obedit suo respectui. ps.
Cui respicit terram et facit eam treme-
re. Mare obedit sue ordinationi de qua
dicitur Job. xxxviii. Hucusque venies et
non preces amplius hic confringes tu-
mentes fluctus tuos. Abissi. i. demones
obediunt sue iussioni sicut patres in le-
gione demonum cui christus iussit ut de
homine exirent et porcos intraret et p-
tinus obediunt ut habetur Mat. viii.
Solutus autem homo nec sue voci obe-
dit. Prover. i. Vocavi et renuistis nec
ad eius respectum peccare erubescit. Cui
tamen dicitur. Ecccl. xvii. Die eorum non
sunt abscondite ab oculis ipsius nec eius
ordinationem custodit qua ordi-
nauit ut ratio presit sensualitati. Et in ip-
sis preest sensualitas rationi nec eius pre-
cepta custodit. psal. Non custodierunt
testimonia eius et in lege eius noluerunt
ambulare. Quis autem deus sit omni-
potens. Duo tamen sunt in ipso et duo in
nobis que ipsum vincere videntur. Pri-
mum est sua pietas viscosa. Viere.
xxx. Cōturbata sunt viscera mea su-
per eum miserans miserebor eius. Aug.
Promptior quidem videtur deus peccatori
ueniam tradere quam ipse accipere. Sic enim
festinat reum absolueret a tormento con-
scientie sue quasi eum plus cruciet com-
passio miseri quam ipsum miserum passio sui.
Secundum est sua charitas affectuosa que
ipsum de celo ad terram deposuit. Aug.

De caritas q̄ magnas vires habes deū
de celo ad terras deposuisti. **I**pa etiā
in crucē ascendere coegit. **Lu. xii.** **B**ap
tisma habeo baptisari. **I**n quomō coar
tor donec pficiat. **N**ihil autem cum eēt
omnipotens coartare eum poterat ni
si charitas qua plenus erat. **T**ercū est
nostra orō lacrimosa. **U**nde dicit de
Iaco. Gen. xxxii. **S**i contra deum for
tis fusti q̄to magis contra homines
preualebis. **P**reualuit autem p lachri
mas ut dicit **Os. xii.** **I**nualuit ad an
gelum. et confortatus fleuit ⁊ rogauit
eum. **Bern.** **D** humilis lacrima tuum
est regnum. tua est potentia ante ōspe
ctum iudicis intrare nō vereris. **S**ola si
intraueris nunq̄ sola redibis. quicq̄
petieris obtinebis. vincis inuincibiles
⁊ ligas ōmpotētem. **H**oc etiam innui
tur. **iii. Regū. xx.** de **Ezechi.** rege cui⁹
lacrimae deum vicerunt. **Q**uartum n̄ra
humilitas gratiosa. **I**stud innuit. **iii.**
Regū. xxi. ubi dixit dominus **Helie.**
Nōne vides **Ahab** humiliatū coram
me. **Q**uia igit humiliatus ē mea causa
nō inducam maluz in diebus ei⁹. **H**oc
etiam p̄ in **niniuitis.** quoz humilitas
deum vicit. **S**ecūdo sapientia attribuit̄
filio. de cuius sapientia dicit **Leo.** **I**sta
est sciētia summi iudicis. iste tremēd⁹
aspectus cui p̄mū est omne quod soli
dum est. ⁊ aptum omne secretū. cui ob
scura clarent. muta respondēt. silentiū
confitet̄. ⁊ sine voce mens loquit̄. **Az.**
uis autem sit sapiētissimus. tamen sciē
ter p̄mittit se decipi a nobis. in vendi
tōne. emptōne. ⁊ cōmutatōne. **I**n uēdi
tōne quidez. quia uendēdo nobis reg
num celozū dimittit se a nobis decipi
infra dimidiā sortem iustū precii. **V**e
didit em̄ ip̄m ap̄lis p̄ retib⁹ ⁊ parua

naucula. **C**acheo p̄ dimidia substan
tia. **V**idue p̄ duobus minutis. quib⁹
daz p̄ calice aq̄ frigide ut habet. **Ma.
x.** **S**uibusdam p̄ sola bona volūtate
Hiero. **S**ue offerunt nō sui pōdere s̄
offerētium voluntate pensant. **Aug.**
Regnum celozū tm̄ ual⁹ q̄tum habes.
Nihil ual⁹s cuz emit̄. nihil carius cū
possidet. **S**ecūdo dimittit se decipi a
nobis in emptōne. quia uilia nost̄ra
caro precio emit̄. **N**am corpus nost̄ra
emit̄ precio sui sanguinis. **i. Corin. vi.**
Eempti em̄ estis precō magno ⁊c. **A**n
mam nostrā emit̄ positōne anime sue.
i. Joban. iii. **I**lle p̄ nobis animā suā
posuit. **R**es nostras emit̄ ad centupliū
ut habet. **Mat. xix.** **C**entupli⁹ accipie
tis. **P**enitētiam nostraz emit̄ regno ce
lorum. **Mat. iii.** **P**enitētiam agite. ap
propinquabit regnum celozū. **T**ercio
dimittit se decipi a nobis in cōmuta
tione. **C**ōmutat em̄ nobis aurum sue
gracie in lutum nostre culpe. **C**eluz sue
glorie in terram nostre tēporalis sub
stantie. **A**ceruuz gaudiōz in semina la
crimaru⁹. **N**am accipit nostra p̄tā et
ea destruit. **I**sa. xliii. **D**eleui ut mubez
iniquitatem tuam. **A**ccipit nostras ele
mosinas. ⁊ eas secum recōdit. **Ma. vi.**
Theaurizate uobis thesauros in cel
lo. ubi nec erugo nec ti. demo. ⁊c. **A**ccipit
nostras lacrimas ⁊ eas corā se po
nit. **psal.** **P**osui lacrimas meas in o
spectu tuo. **P**ro his autem dat nobis
aurum gratie. celuz glorie. **psal.** **G**ratia
⁊ gloriam dabit dominus. **E**t aceruū
leticie infundit p̄s. **E**untes ibant ⁊ fle
bāt ⁊c. usq̄ ibi. **M**anipulos suos. **T**er
cio bonitas attribuit̄ sp̄iū sancto que
quidem tanta est ut ab ea null⁹ abicō
dere se possit. **I**uxta illud **psal.** **N**ō est

quē nō putat pl⁹ sapere q̄ ip̄e sapiat
qui querit cōsiliū. Necesse est igit̄ ut
prestātor sit a quo cōsiliū petitur /
q̄ ip̄e qui petit. A tali igit̄ consiliario
sapiente secure debemus cōsiliū pete
re Thobie. iiii. Consiliū semp a sapi
ente require. Contra dicit̄ Eccl. vii.
Cum fatuis ne habeas cōsiliū. Non
em̄ poterunt diligere nisi que ip̄is pla
cent. Ista em̄ est differentia inter sapi
entes cōsiliarium ⁊ fatuum. quia fatu⁹
nō respicit nisi principium facti. Sa
piens autem respicit finē ⁊ ea que sunt
ad finem. Unde legit̄ de quodā phi
losopho. qui in foro in loco eminenti
residens dixit se uelle uendere sensum.
q̄ quidam princeps regionis illi⁹ au
diens nuncios ⁊ aurum misit. ut ab eo
sensum emeret. Ille uero in cedula sua
scripsit dicens. In omnibus que actu
rus es. semp cogita quid tibi possit ac
cidere. q̄ cum nūci deriderent ⁊ cedu
lam uellent pucere. ait. portate secure
ad dominū uest⁹. quia bene ualet pre
tium. q̄ cum princeps accepiss⁹. litte
ris auris i hostio sui palacii istud scri
bi fecit. Post multum uero temporis.
quidam eius inimici cum barbario or
dinauerunt ut ip̄m principem iugula
ret. qui cum p̄ hostiū intraret ⁊ scrip
turam illam legeret. eo q̄ legere sciebat
cepit tremere ⁊ pallere. Quo uiso prin
ceps eum capi fecit. ⁊ minis ⁊ torquen
tis ueritatem extorquēs sibi pepit. s⁹
actores sceleris interfecit. Per q̄d p̄t⁹.
q̄ sit utile in omnibus finem pensare.
Sedm̄ est iusticia. ut sez nec amore nec
odio. nec timore nec precio rectum cō
siliū derelinquat. Ambro. ubi supra
illi uiro salutem nostram cōmittim⁹.
qui sit iust⁹ ⁊ prudens. Facit em̄ iusti

cia ut nullus sit fraudis metus. Facit
prudencia ut nulla erroris suspicio sit.
Tutius tamen uiro iusto q̄ prudenti
nos cōmittimus. qz cōsiliū ui⁹ iusti
frequēter sapiētissimi ingenio prepon
derat. Tertium ē innocentia siue bona
uita. Ambro. ubi supra. Aduertim⁹ q̄
in querēdis d̄silis plurimū adiungat
uita. pbitas. virtutum progatiua. be
niuolētis usus. Suis em̄ in cenā fontē
requirat. Suis ex turbida aqua potū
petat. Itaq̄ ubi in iusticia. ubi intem
perantia. ubi uicio⁹ cōsilio. quid inō
sibi aliquis hauriēdum estimet. Suis
ntilem anime sue iudicet quē uidet inu
tilem uite sue. Quō potest iudicare cō
silio supiorem. quē uidet inferiorē mo
ribus. Supra me debz esse cui me com
mittere uolo. P̄ paro. An uero idoneū
eum putabo. qui mihi det cōsiliū. qui
nō dat sibi. ⁊ mihi uacare credam. qui
sibi nō uacat. Tria autē sunt a bono
consiliario uitanda. Primo em̄ uita
da est festinancia subita. Prouer. xix.
Sui festinus ē pedib⁹ offendit. Gre.
in moral. Cōsiliū indigētem p̄fuit
dum rōne animū imbuens p̄hibet eē
precipitem. Socrates. Delox cōsiliū
sequit̄ penitentia. Ideo in li. de. xii. ce
saribus. Aug⁹. dicebat. q̄ festinatio et
temeritas male in duce cōueniūt. dices
Satis celeriter fit quicq̄d bñ fit. Ideo
etiam dixit Varro. Impicie signum ē
q̄d difficultum est exigere cito fieri.
Secdo uitanda est turbatio siue ira. qz
impedit ira animū ne possit cernere ue
rum. Greg. in registro. Ira si semel mē
tem possidere cepit. iustū esse deputat
q̄d etiam crudeliter fit. Crif. Non pōt
pacifice loqui. qui cor habz turbatum
Ideo dixit Socrates. q̄ consilio duo

maxime sunt contraria scz festinatio ⁊
 ira. Tercio vitada e crudelitas imia
 Sepe em contingit / q illi qui dant co
 filia crudelia cōtra alios q super eos
 deuoluunt. Ecc̄. xxvii. Faciēti neq̄ sū
mum cōsiliū sup ipm deuoluet ⁊ nō
 cognoscet vnde adueniat illi. Refert
Prosus q dum Phallarius tirānus
multos innocentes dānaret / Perillus
argentarius volens sibi placere thau
rum erem fecit cui ex latere ianuā cō
posuit p quā damnari possent inclu
di. dediq̄ eum tirāno vt quos exosof
haberet / Ignibus suppositis introdu
deret / cum gemitus emitterent. nō ge
mitus hominis sed mugitus pecudis
videret / Sed tirānus factum tam cru
dele execrās dixit. ut primus intraret
ut sic qualiter p os thauri mugitum e
mitteret scire posset. ⁊ sic eum inclusit
⁊ puniuit. P̄ps igit fuit uerus cōsilia
rius / quia in ipso fuit sapientia ⁊ iusti
cia. Die. v. Regnabit rex ⁊ sapiēs erit
⁊ faciet iudiciū / ⁊ iusticiam in ter. Fuit
in eo vite innocentia. i. Petri. ii. p̄ctm
nō fecit. nec inuētus est dol⁹ in ore ei⁹
⁊ fuit in examinādo macuitas. Jo. v
Sicut audio. i. sicut ex amino sic iudi
co. n̄. Fuit in iudicando magna tran
quillitas Sapient. v. Tu autē dñator
virtutis / cum tranquillitate iudicas.
⁊ fuit in p̄cendo magna pietas. Mat.
ix. Misericordiā volo ⁊ nō sacrificiū
Secūdo ponit magna sapiētia ex pte
ep̄i cum respondit. Disi quis nat⁹ fue
rit denuo r̄. T Circa qd notādum. q
triplex est natiuitas scz natural. spūa
lis ⁊ celestis. Domus igit qui est natus
natiuitate naturali nō potest intrare ī
regnū dei. nisi itez nascat natiuitate
spūali q̄ fit in baptismo. ⁊ cum cūq̄

etiam sic renatus natiuitate spūali / ad
 huc tamen intrare nō poterit in regnū
 celoꝝ nisi iterum nascat natiuitate ter
 cia scz natiuitate celesti / que fit in mor
 te cuiuslibet sancti viri. Prima natiui
tas est. hominū ad humilitate. Secda
ad iustificatōnem. Tercia. ad beatitu
dinem. Puer quidem nascens natiui
tate carnali / tria facit. q̄ sunt nobis ad
humilitatis exēplum. ⁊ primū quia nō
nascit ridendo sed flendo Sapient. vii
Primam vocem om̄ium emisi plorās.
Aug. de ci. dei. Puer qui nascit a plo
ratu incipit. nesciens p̄p̄betat quid
maloz passiturus sit. Solum quādo
natus est risisse ferūt soro asten. ⁊ tamē
ille risus monstruosus parum. p̄fuit si
bi. Fuit em̄ inuētōr artium magicarū
Et cum esset rex britanoz. a Hino re
ge assirioꝝ interfect⁹ ē in bello. Mier.
etiam dicit ad Tirasium / q̄ dominus
fleuit quādo Lazarū suscitauit. ex eo
q̄ amicuꝝ carissimum. p̄pter alios sal
uandos ad hostilem vitā reuocare ite
rum cogebat. ⁊ Vnde etiam apud mul
tos est cōsuetudo. ut dicit Solinus / q̄
quādo puer nascit a parentibus ⁊ p̄
pinquis defiet. ⁊ Quādo vero quis mo
ritur. ad tumulū cum tripudio depor
tatur. ⁊ Scdm̄ est q̄ puer more bestiaz.
scz curuus ⁊ quasi in quatuor pedib⁹
nascit. ad innuēdum q̄ compat⁹ est
iumentis. ⁊ simil factus est illis. Pro
prium em̄ iumentis est oculos ad terrā
habere. ⁊ q̄tuz ad hoc bestialis ē aua
rus. psal. Dculos suos sta. dedi. inter.
⁊ proprium iumentis est vna femina cō
tentum nō esse. ⁊ q̄tum ad hoc bestia
lis est luxuriosus. Miere. v. Equi ama
tores in feias. ⁊ emissarii facti sunt v
nusquisq̄ ad uxore. p̄ximi sūu binmie /

bat Proprium iumentis est non regi ratione
sed ferri nature sue imperio. Et quatuor
ad hoc bestialis est superbus qui dicit.
Sapientia. i. Sit autem fortitudo nostra
lex iniusticie. Tercium est quia mor
puer manum ad os ponit ad innuen
dum quod ad tantas devenit miseras propter
peccatum ore factum primo paratur.
Nam mulier peccavit ore propter mala
suasione quando scilicet viro ut de pomo
comederet persuasit vir peccavit ore propter
facuam excusationem. Uterque peccavit
ore per illicitas comestiones. Multi autem
hodie ore suo taliter peccant aut mala
consilia dando aut male se excusando.
aut nimis se ingurgitando. Secunda nati
uitas est spiritualis que fit in baptismo.
ubi spiritus sanctus tenet locum patris aqua
sanctificata tenet locum matris uerbum
est tanquam semen diuinum. De quo dicit
Augustinus. Accedit uerbum ad elementum et
fit sacramentum. Ephe. v. Undas la
uacro aque in uerbo uite. In bap
tismo autem puer ter in aqua mergitur siue
ad reuertendum triduanam christi sepul
turam siue ad innuendum quod ibi remit
titur peccatum originale ueniale et morta
le siue ad innuendum quod ibi tota trinitas
opatur. Unde etiam ad hoc innuendum
in baptismo christi tota trinitas se mani
festavit scilicet pater in uoce filius in car
ne spiritus sanctus in columbe specie. Ter
tia natiuitas est celestis qua sancti ui
ri de utero matris ecclesie per mortem egre
dientes in celo nascuntur et ideo mors
sanctorum natale uocatur. Ratio autem est quoniam
infans in utero existens dum ad debi
tum completum devenit de utero ex
ire appetit ex eo quod requirit ampliorem
locum ad manendum ubiorem cibum
ad uescendum ubiorem aerem ad res

pirandum et maiorem lucem ad uide
dum. Similiter et sancti uiri appetunt in
celo nasci quia ibi recipient ampliorem
locum ad manendum. Modo enim sunt
in loco arto quia tota terra respectu
celi est quidam punctus. De amplitu
dine autem celi dicit Baruch. ii. Nulla
habet quam magna est domus dei. et
enim domus infinitam habet amplitudi
nem ideo dicitur quam magna est domus dei
et infinitam longitudinem ideo subditur
Magnus et non habens finem infinitam
altitudinem ideo subditur in excelsis.
Est enim longior quam quod auris possit
audire est altior quam quod oculus possit
conspicere est altior quam quod auris possit
audire est latior quam quod cor ualeat cogitare.
i. Cor. ii. Sed oculus non uidit nec au
ris audiuit et Sed tunc recipient ubi
riorem cibum ad uescendum quia erit in
perfecta satietate que satietas erit cum de
siderio ne ibi sit fastidium. Ecclesi. xxiii
Qui edunt me adhuc esurient. Deside
rium erit cum satietate ne ibi sit pena
psal. Satiabor cum apparuerit gloria
tua et utrumque cum securitate erit ne ibi
sit timor. Prover. xv. Secura mens qui
iuge conuiuium. Tercio tunc recipiet ubi
riorem aerem ad respirandum. Ratio
enim sancti uiri uix respirare possunt in
multo dolore depressi in multo labore
afflicti in multo timore anxii. Job. x. Et
si iustus fuero non lauabo caput ecce
quato dolore depressus. Saturatus
afflictione ecce quato labore afflicti
et miseria ecce quato timore pro statu
misero corporis anxius. Sed tunc libe
re respirabunt quia nullum habebunt
dolorem. Isa. xxxv. Fugiet dolor et
gemitus. Nullum laborem. Apo. xiiii
Ammodo iam dicit spiritus v. reg. a. la. s.
Nullum timorem. Prover. i. Qui autem

me audierit absq; timore q̄scet. **Quar**
to tunc habebunt maiorem lucem ad
vidēdum. Na supra se habebunt deū
tam lucidū. Apocal. xxi. Claritas dei
illuminabit illam. Infra se locū tam
luminosum. Thob. xiii. Luce splendi
da fulgebis. Intra se animū tā illustra
tum. Psal. l viii. Implebit splendore
animam tuā. Extra se corpus tam glo
rificatum. Mat. xiii. Tunc iustu fulgel
bunt sicut sol in reg. pa. eoꝝ.

Sermo tercius.

Hen amē dico tibi / quia qd̄
scimꝰ loquimur / et qd̄ vidimꝰ
testamur / et testimoniū nostꝰ
non accipitis. **Sicut dicit Hiero. ad**
Methodoꝝ. Grādes materias ingema
parua nō sufferūt. Nulla materia grā
dior et piculosior. q̄ loqui de p̄fūdo
misterio trinitatis. Dicit em̄ Aug. in li.
de trinitate. ubi querit̄ unitas trinita
tis patris et filii et spū sancti. Nec pi
culosius alicubi errat. nec laboriosius
aliquid querit̄. nec fructuosius aliquid
inuenit. Nos igit̄ alta sapiētibus reli
quētes humilia et plana dicamus. An
uerbis igit̄ premiſſis tria ponunt. scz
fides recta. testificatio vera. et ingrati
tudo humana. Est autem fides recta.
ut credamus q̄ in deo sit p̄sonaz plu
ralitas et essentie unitas. Igit̄ p̄sonaz
pluralitas insinuat p̄ hoc qd̄ dicit̄ in
dimus testamur. Unitas essentie in hoc
q̄ nō dixit̄ testimonia nostra. sed testi
monium nostrum. Hoc igit̄ ueraciter
est credendum. et nō esse aliquid aliud
inquirēdum. Bern. ad Eugenū. Dici
mus tres p̄sonas. sed non ad p̄iudi
cium unitatis. dicimus unum sed nō
ad cōfusionem trinitatis. Queris quō

possit hoc esse. Sufficiat tibi credere sic
esse. **Scrutari hoc temeritatis est. sz cre**
dere pietatis. nō s̄ē uita est. et uita eter
na. Nihilominus tamē beata trinitas
et indiuidua unitas q̄drupliciter ostē
di potest. Primo scripturaz testimo
nus. et talibus testimoniis in. quibꝰ er
ror et falsitas nō p̄t incidere. Tres em̄
sunt qui mentiri ul̄ falli nō possunt. s.
deus qui est ip̄a prima et summa ueri
tas. Johā. xiiii. Ego sum uia. ueritas
et uita. Angelus qui om̄ia uidet in ip̄a
ueritate. Mat. xviii. Angeli eoꝝ semp
vident facta patris mei qui in celis est.
et p̄phete qui receperunt influentiā ab
ip̄a prima ueritate. u. Petri. i. Spūscō
inspirati. locuti sunt sancti dei homi
nes. Quis etiā p̄phete potuissent fal
lere et falli in q̄tum erant homines pu
ri. tamē nō in q̄tum immediate a deo
fuerunt edocti. Primo igit̄ ostendit̄
testimonio dei. Gen. i. Faciamus ho
minem ad ymaginem et similitudineꝰ
nostram. Nō potuit autē esse uerbū
ad āgelos. quia ip̄i creatores nō sunt.
Et igit̄ dicit̄ faciamus et nostraz. plu
ralitate indicat p̄sonarum. quia si ibi
nō esset pluralitas in p̄sonis nō dice
ret faciamus sed faciam. nec nostrā sz
meam. Et uero dicit̄ ad ymaginem et
similitudinē p̄tinet ad unitatē substā
tie. que scz unitas. si nō esset nō diceret
ad ymaginem sz ad ymagines. nec ad
similitudinē sed ad similitudines. Se
cundo hoc ostenditur testimonio āge
lorum. Nam sicut habet̄. Psal. vi. An
geli quotidie clamant et dicunt. Scūs.
sanctus. scūs dominus deus exercitū.
plena est omnis terra gloria eius. Et
em̄ ter dicunt sanctus sanctꝰ scūs. res
picat trinitatem personarū. Et semel

dicunt dominus deus respicit unitatem
substantie. **Tercio** hoc ostendit aucto-
ritate prophete dicentis. **Benedicat nos**
deus deus noster. benedicat nos deus. nē
In hoc quod dicitur **ter deus** ostendit pro-
narum trinitas. **In hoc** quod in singulari
subinfertur eum. ostendit essentie unitas.
Et quod apostoli eodem modo et prophete
spiritu fuerant inspirati. **Ido** etiam ostē-
ditur apostolica auctoritate cum dicitur.
i. **Johā. v. Tres** sunt qui testimonium
dant in celo. **Pater. verbum et spi-**
ritus sanctus ubi tres unum sunt. **Secundo**
ipsa trinitas et unitas ostenditur cre-
aturarum vestigiis. **Nō** est tamen aliqua
creatura que sibi valeat assimilari. quod
nec umbra assimilatur corpori cuius
est umbra. nec vestigium pedi cuius est
vestigium. nec imago eius cuius est imago.
Potest tamen aliqua similitudo tenuis
inueniri. et hoc in creaturis superiori-
bus. mediis et inferioribus. **In** creaturis
superioribus. sicut in sole. **Nam** secun-
dum **Aug.** tria in sole considerantur. scilicet.
quod est. et quod lucet. et quod calet.
id est substantia solis. radius. et calor. **Ra-**
dus ergo de sole nascitur. quia filius de
patre generatur. **Calor** ab utroque pro-
greditur. quia spiritus sanctus ab utroque
inspiratur. **Ipsa** autem sol a nullo prece-
dit. quia pater non est factus. nec creatus
nec genitus nec procedens. et omnia tria
sunt unus sol. quod omnes tres persone
sunt unus deus. **Secundo** inuenitur in cre-
aturis inferioribus. sicut in elemento aque.
Fons enim generat rivum. sic pater generat
filium. **fons** et rivus faciunt stagnum. quod
pater et filius spirant spiritum sanctum. **Fons**
autem a nullo precedit. quia pater a nul-
lo existit. et tamen in fonte rivus et stag-
num est eadem aqua. quia in patre et filio

et spiritu sancto est eadem substantia. **Tercio**
inuenitur in creaturis mediis. sicut in
homine. **Istud** ostendit **Aug.** in libro de
trinitate dicens. **Deus** et noticia eius et
amor tria quedam sunt. **Deus** enim no-
uit se et amat se. nec enim posset se amare
nisi se nosceret. ipsa autem mens est quasi
pater. noticia eius quasi pater. **Tercio**
est amor qui de ipsa mente et noticia prece-
dit dum mens cognoscens se diligit se.
non enim posset se diligere nisi se cognos-
ceret. **Tercio** ipsa trinitas et unitas de-
monstratur ostensis figuris. **Quarum** una
ponitur **Gen. xviii.** ubi Abraham vidit
tres viros et unum adoravit. ubi secundum
glossam trinitatis et unitatis misterium delecta-
ratur. **Secunda** figura ponitur **Gen. xl.**
ubi dicitur quod pincerna regis pharaonis
vidit tres paginas in una vite. quod
significantur tres persone in una dei-
tate. **Tercia** figura ponitur **Dan. v.** ubi
dicitur quod apparuerunt tres digiti quasi
manus hominis. scribentis. appendit. nu-
meravit. et diuisit. **Manus** ista est ipse deus
qui omnia creavit. in qua manu sunt tres
digiti. i. tres persone. de quibus dicitur **Isa.**
xl. **Quis** appendit molem terre tribus
digitis. **Quis** igitur omnes isti tres digiti
habebant appendere. numerare et diui-
dere. **Pater** tamen per suam potentiam
omnia appendit. i. omnia portat et custo-
dit. **filius** per suam sapientiam omnia nu-
merat. i. cognoscit et inuestigat. **Spiritus**
sanctus per suam bonitatem omnia diuidit.
i. per dona sua omnibus distribuit. **Quar-**
to ipsa trinitas et unitas demonstratur
ostensis miraculis. quorum tria tamen ponuntur.
Legitur in historia scolastica. et **Euse-**
bius idem testatur quod circa natiuitatem
christi tres soles in oriente apparuerunt.
qui paulatim ad se appropinquantes

in unum solem redacti sunt / p qd figu-
rabatur qd cognitio trini ⁊ unius dei
toti imminet orbi. Secūm miraculū
est qd narrat Eutropius. Cum em̄ qui-
dam sacerdos Arriani quēdam bap-
tizaret. ⁊ formaz trinitatis mutaret. di-
cens. Baptizo te in nomine patris cuz
filio ⁊ sp̄sancto. Volens ex hoc ostē-
dere filium ⁊ sp̄sanctum patri equa-
lem non esse. subito aqua disparuit. et
baptizandus ad ecclesiam catholicaz
⁊ fugit. Tercium miraculū ē qd narrat
Ogibertus ⁊ in quadam cronica legit̄.
Cum enī in gallias arriana heresis
pullularet. que filium ⁊ sp̄sanctū mi-
nores patre affirmat. unitas substan-
tie trium psonarū evidenti miraculo
demonstrat. Nam circa ānos domini
quingētos quinquaginta in urbe va-
sacensi. dum episcopus eiusdem urbis
missaz celebraret. vidit tres guttas cla-
rissimas equalis magnitudinis de celo
sup altare emissas. q̄ sibi paulatim ap-
propinquātes vnā gemmā pulcher-
rimam effecerunt. quā cuz in medio cu-
iusdam crucis auree posuiss̄. alie gem-
me que ibi erant tantaz excellētiā ei⁹
nō ferentes subito ceciderunt. Immu-
dis autem hominibus terribilis vide-
batur ⁊ obscura. ⁊ fundis aut ⁊ p̄is
amabilis ⁊ clara. Infirmis multis da-
bat sanitatem. ⁊ adorātib⁹ ip̄am cru-
cem augebat virtutem. Secūdo in verbis
premissis ponit̄ certificatio vera cum
dicit̄. S̄d scimus loquimur. ⁊ qd vi-
dimus testamur. In hoc autem qd dicit̄
qd scimus loquimur. dat nobis intel-
ligere. qd de deo loqui ul̄ testificari nō
debemus. nisi aut qd p̄ diuinam scrip-
turam scim⁹. aut qd p̄ dei reuelatōnez
cognoscimus. alias em̄ piculum nobis

esset. si ea uellemus curiose inquirere q̄
nostrum intellectum excedunt. Et istō
ostendit̄ per tria exempla. Primum ē
quod legit̄ in apocryph̄ Esdre. Cuz em̄
ipse Esdras miraret̄. cur mali sic flore-
rent ⁊ boni deprimerent̄. nec nō ⁊ alia
quedam secreta dei uellet inquirere nec
rōem poss̄ inuenire. Angelus sibi ap-
parens dixit. Si uales. flāmam ignis
pondera. mensura flatum uenti. ⁊ diē
preteritaz reuoca. Ac si dicat. Si ea q̄
tecū sunt nō uales comprehendere. quō
ad ea que supra te sunt ualebis attin-
gere. Secūdum exemplum est qd poit̄
rabbi moyses. Aut em̄ qd Thalmutiste
dixerunt. qd quicunq; posuerit ingenū
suum circa quatuor. recipiet cōfusiōē
quādo. s. uult scire. Quid ē in summo.
quid ē imo. quid fuit in primo. ⁊ qd
erit in ultimo. Sūmum ⁊ primum vo-
cat ip̄m dñm. inq̄tum ē principū oīm.
imū autem ⁊ ultimum inq̄tum ē finis
omniū. ⁊ hoc nō debem⁹ curiose inuel-
ligere. ea uero que sunt inter primū et
ultimum. i. diuinos effectus possūm⁹
inquirere. ut ex his possēmus ip̄m in-
telligere ⁊ eum laudare. Tercū exēplū
est in beato Aug. eo em̄ tempore quō
li. de trim. cōponebat. cuz p̄ littus mā-
ris focus a longe sequētibus quedam
de trinitate meditando discurreret. pu-
erum quēdam in littore maris inuenit.
q̄ cum quodā cocleari argēteo in quā-
dam quā fecerat foueam aquā de ma-
ri effundebat. dicens se totum uelle ma-
re in illam foueā sic haurire. Cui Aug.
in risu. puocauit. ait. Sūo fili hoc fa-
cere posses. cum mare sit magnum. co-
clear modicuz. fouea parua. Et ille. fa-
cilius est hoc mihi agere q̄ tibi qd co-
gitas adimplere. Cogitas em̄ in li. tuo

mysteriū trinitatis comprehendere. cuius
liber tuus sit parua fonea ad recipien-
dum. ingeniuꝝ tuum paruū coclear ad
inquirēdum. ⁊ trinitas ipsa immēsum
pelagꝝ ad exhauriēdum. Statimqꝝ puer
disparuit. ⁊ Augꝝ. deo gratias agens.
qꝫ sit veruz qđ puer dixerat cognouit.
Tercio ponit magna ingratitude hu-
mana. cum dicit. Et testimoniuꝝ nostꝝ
nō accipitis. pater em ⁊ filius ⁊ spūssan-
ctus. fidem trinitatis nos docuerunt.
⁊ ideo eozꝝ testimonium fideliter ē ad-
mittendum. Maxime autem xp̄s hāc
fidem nos docuit dicens. **Marci. ulti-**
Baptizantes eos in nomine patris et
filii ⁊ spūssancti. **Ista autēz fides ⁊ cō-**
fessio si eam deuote receperimus maxi-
me ad tria ualeat. **Primo ad demonuz**
expulsionem. qđ significat in quodaz
fidei notario apud constantinopolim.
de quo legit. qꝫ cum quidā magus ad
quēdam locum eum duxisset. ubi mul-
titudo demonuz residebat. unus eorū
in throno sedens interrogauit eum si
suis suis eē uellet. at ille signauit se di-
cens. **Ego sum seruus sancte trinitatis.**
Audito autēz nomine trinitatis. uiso
signo crucis omnes demones aufuge-
runt. Cum igitꝝ ad eccliam sancte So-
phie iussit. imago xp̄i q̄ ibi erat ocu-
los ad ip̄m quocūqꝝ per eccliam pge-
ret cōuertebat. ac si ipso facto diceret
sibi xp̄s. quia cōfessus me fuisti corāz
demonibus in terris. ego te cōfitebor
coram patre meo in celis. **Secūdo ua-**
let ad tribulatōnem. p̄pulsationē. Na-
sicut ait Jobā. Dam. li. iiii. Cum apđ
constantinopolim pestilentia grauis eēt.
quidam puer de medio populi in celū
raptus. cāticuz sancte trinitatis scilicꝝ
sancte deus. sancte fortis. sancte ⁊ im /

mortalis ⁊ misericors saluator misere-
re nobis. ab angelis ē edoctus. **De** cuiꝝ
rediens corā populo decantass. **mor-**
omnis pestilētia est fugata. **Tercio ua-**
let ad maloꝝ cōfutātōnem ⁊ cōuersio-
nem. Sicut em refert Bonizo in li. quē
scripsit ad comitissaz **archidiam.** cū
episcopus ebrudunens̄ simoniacꝝ
⁊ omnes testes pecunia corrupisset. qui
dam legatus uir sanctus ei precepit ut
uersum sancte trinitatis. **f. Sta patri**
⁊ fi. ⁊ f. f. dicere. rogans deum ut si sp̄
moniacus esset sp̄m sanctum cui inu-
riam fecerat nominare nō posset. qđ et
factum est. ⁊ sic ille deprehensus p̄cām
suum humiliter cōfessus ⁊ penitētiam
egit. **Illum autem uersuz. f. Sta patri**
⁊ fi. ⁊ f. f. ⁊c. synodus nicēna edidit. ⁊
sanctus Hiero. in fine psalmoz ipsuz
decantandum instituit.

Dominica prima post octauas pē-
thecostes. // Sermo primꝝ.
Homo quidam erat diues ⁊ in-
ducebatur purpura ⁊ bisso. **⁊c.**
Luc. xvi. Sepe dominus illō
qđ docebat uerbo postmōm cōfirma-
bat exemplo. **supius quidem ab appe-**
titu diuitiaz homines retraxerat ⁊ ad
faciēdum elemosinas inducebat. **Ab-**
risi autem qui erant auari eum deride-
bant. ideo istud exempluz contra eos
adduxit. ubi uerificat qđ dicit. Mat.
vi. Qđ lata est uia que ducit ad p̄diti-
onem ⁊ arcta est uia que ducit ad uitā
⁊c. Diues quidem iuit p̄ uiam lataz ⁊ nō
perditōnem incurrit. Lazarus p̄ uiaz
artam. ⁊ ideo uitam inuenit. **Secūduz**
Augꝝ. Status hominis tripliciter con-
siderat. scz in uita. in morte. ⁊ p̄ mor-
tem. **⁊c. cum igitꝝ ad istū triplicē statu**

describunt hic diues et pauper. **Primo**
enim ostendit quod status diuitis in vita
fuit valde gloriosus, quia fuit in mag
nis diuitiis, delictis et honoribus. **Primo**
igitur fuit in magnis diuitiis. **Esse**
autem diuitem non est culpabile. **Deus**
enim diuites et potentes non abicit, cum ipse
sit diues et potens, ut dicitur **Job. xxxvi.**
et multi sancti diuites fuerunt, qui deo
placuerunt, sicut **Abraham** et ceteri pa
triarche. **Sed** notandum quod circa di
uitias quatuor modis culpa incidere
potest, aut auare retinendo, aut indebi
te expendendo, aut nimis ardenter ama
do, aut iniuste acquirendo. **Et** quatuor ad
istos quatuor modos, quatuor diui
tes reprehensibiles in euangelio inueni
mus. **Et** saltem cum his tribus primis.
Iste diues reprehensibilis fuisse videtur.
Primo diues fuit qui auare retinebat.
ille scilicet qui dixit **Luce. xii.** Anima mea
habet multa bona posita in annos plu
rimos. **Talis** erat iste diues qui auare
sibi omnia retinebat, et nihil mendico com
municare volebat. **Legitur** quod cum **Alex**
ander per quadam situam pergeret, et ipse
cum suo exercitu fere siti deficeret, qui
dam pro magno munere cupibus aque
sibi dedit, quem ille pertinens effundi man
dauit. **Noluit** enim solus bibere postquam
suis militibus non potuit communicare.
Contra dicit **Eccli. xi.** Inueni
requiem mihi, et nunc manducabo de bo
nis meis solus. **Secundus** diues fuit qui
vane expendebat filius scilicet prodigus qui
acceptam substantiam in vanitatibus
consumpsit, ut habetur **Luce. xv.** **Talis**
fuit iste diues, qui expendebat in uesti
bus curiosis et epulis delicatis, et tamen
sicut dicit **Crisostomus.** **Deus** dispensatores
diuitiarum suarum nos esse voluit, non

dominos, sed quod per quod diuitie non sunt
nostre proprie, sed nobis accommodate, et
ideo non debemus ea expendere ad no
stram voluptatem, sed ad fraternam ne
cessitatem. **Quod** enim non sunt nostre proprie
per in morte. **Si** enim canis duos homi
nes sequitur, cuius sit ignorat, sed cum ab
inuicem separantur, canis dominum suum
sequitur, quasi due persone sunt homo et
mundus, sed cuius diuitie sint hominis
an mundi non videtur, sed in morte diui
tie remanent in mundo, et homo nudus
recedit a mundo. **Tercius** diues fuit ille,
qui nimis diligebat diuitias, ille scilicet cui
dixit dominus **Luce. xvii.** Omnia que
habes vende, et da pauperibus, etc. **Et**
sequitur. **His** auditis contristatus est, quia
diues erat valde. **Talis** iste diues fuit,
qui diuitias nimis amauit, contra ta
les dicitur **1. Thim. vi.** Qui voluit diuites
fieri, incidunt in temptationes et laqueum
dyaboli, et desideria multa et inuidia, et
nocua, que mergunt hominem in interi
tum, et ideo nos potius eas mergere de
beremus, sicut refert **Hieronimus.** de **Crate**
thebano philosopho, qui collecto mag
no auri pondere in mari, proiecit dicens,
abite male cupiditates in profundum.
Ego vos mergam, ne ipse mergar a vo
bis. **Quartus** diues fuit qui iniuste ac
quirebat, iste fuit villicus iniquitatis, qui
de bonis domini sui ditatus fuit, ut ha
betur **Luce. xvi.** **Contra** tales dicit **Au**
gustinus. Res quam capis, muscipula est, dum capis
caperis, tenes alienum, teneris a dyab
olo, ideo dicit **Ossee. vii.** Factus est
effraym quasi coluba seducta non ha
bens cor, bene seducta, qui a cuius auarum
granum aliene substantie vult capere,
a laqueo diaboli capit, et bene non habet
cor, quia auarus non habet cor in corpe

uertit cor alterius. **Rōs. xii.** Si esuriet
inimicus tuꝝ ciba illum. **S**i steterit po
tuit da illi. hoc enīz faciens carbonēs
ignis congeres sup̄ caput eiuꝝ. hoc est
induces eum ad amorem tuum. **A**liq̄
contingit q̄ ambo sunt ceci. quādo scz
nec ille qui iniuriam fecit vult satisfacere.
scz nec ille qui recipit vult parcere.
et tunc est magnū piculum. **D**einde in
ducit ad iniurias remittendas ex cōsi
deratōne magni exempli. quādo dicit.
Nō est discipulus sup̄ magistrū. **M**al
gister em̄ noster iniurias omnes sicut
miserit. q̄ nec seruauit turbatiōem in cor
de. nec dixit impropertū ore. nec fecit
aliquā iniuriam in ope. **M̄a. xlii.** **Nō**
erit tristis neq̄ turbulētus. quoad pri
mum. **N**on clamabit neq̄ audiet foris
vox eiuꝝ. quoad scdm̄. **S**alamū quāsi
satum nō conteret. et linum fumigans
nō extinguet. et minimā iniuriam nō in
ferat. quoad tertium. **T**ercio inducit
nos ad dandum elemosinas ex cōsi
deratōne magni p̄mū cum dicit. **M**en
suram bonam. et. **S**inḡ autem anime ē
intellectus. qui implebit gloria visio
nis apte. et affectus qui implebit gl̄a
dilcōis immense. **E**st autem mensura
bona in anime beatificatōne. cōferta. et
corporis glorificatōne. quia ad beati
ficatōem anime conferet. et addet glo
rificatio corporis. tunc est mensura cō
ferta. **C**oagitata erit iocunda. et in or
dinata sanctorū societate. **S**icut em̄ in
coagitatōe vasis grana ad inuicē or

dinant et associant. sic societas sancto-
rum erit ordinata et iocunda. Superflu-
ens erit in apra dei visione. Ysaie. ix.
Tunc videbis et afflues. quo ad mensu-
ram super effluentem que erit in dei visio-
ne. et mirabitur et dilatabitur cor tuum quo
ad mensuram bonam que erit in mira-
bili et lata anime glorificatione. quando
conuersa fuerit ad te multitudo maris.
quo ad mensuram confortem que erit in
corporis glorificatione. Corpus enim est
mare anime. quod multas amaritudines
sibi dedit. Sed tunc conuertetur. i. anime
totaliter subicietur. fortitudo gentium
uenerit tibi. quo ad mensuram coagi-
tationis que erit in sanctorum societate io-
cunda. que ex omnibus generibus est col-
lecta et contra mundum carnem et diabo-
lum fuit fortis et robusta.

Sermo secundus.
Estote misericordes sicut et pater
uester misericors est. Nusquam le-
gitur quod deus uocet pater potest
nec pater sciencie. sed pater misericor-
die. Ad inuicem quod illi qui sunt eius
filii non debent in potentia nec in scien-
tia sed in misericordia eum imitari. Deus
habuit tres filios scilicet Luciferum Adam
et Christum. Sed primus appetit suam po-
tentiam. et ideo tanquam filius degener fuit
exheredatus. Secundus appetit eius sciencie
et fuit ideo similiter exheredatus. Tercius
eius secutus est eius misericordiam. et ideo
eternam est affectus hereditatem per-
petuam a me et dabo tibi gentes here-
ditatem tuam. Et si igitur volumus esse
filii legitimi et non exheredari imitemur
patrem nostrum non in potentia nec in
scientia sed in misericordia. Augustinus super
illud. Estote misericordes et inuenisti
patrem imitari patrem. Si enim imitari non

vis exhereditari disponis. dicit ergo.
Estote misericordes. Ubi Christus nos in-
ducit ad duplicem misericordiam scilicet cor-
poralem et spiritualem. Misericordia cor-
poralis consistit in elemosinarum largi-
tone ad quam nos inducit uerbo primo
et exemplo. Verbo tripliciter. quia ipsum
misericordie opus precipit. consulit. et re-
quirit. Si quis haberet dominum aliquid
precipientem et sapientem aduocatum idem
consulentem et dulcem amicum idem uo-
lentem et requirentem. deberet illud cum
omni desiderio adimplere. Deus autem
misericordie opus precipit tanquam dominus.
sicut patet hic cum dicit. Estote misericor-
des et. Consulit tanquam sapiens aduo-
catus. Mat. xix. Si uis perfectus esse uade
de. et uende omnia que habes et duc
et requirit tanquam dulcis amicus. Euangelio
ix. Misericordiarum uolo et non sacrificium.
Nos igitur debemus implere preceptum
domini tam potentis. audire consilium
aduocati tam sapientis. et proficere uolun-
tatem amici tam dulcis. Secundo indu-
cit nos ad misericordie opus premio.
videlicet temporali. spirituali. et celesti. Pre-
mium temporale consistit in tempora-
lium multiplicacione. Prover. ii. Hono-
ra dominum de tua substantia. et de p-
micis frugum tuarum da pauperibus et
implebunt horrea tua saturitate. Rel-
gitur in cesario. quod cum fratres cuiusdam
monasterii multum habundarent. et mul-
tum ad pauperes liberales essent. tandem
elemosinas dimiserunt et ipsi egere cepe-
runt. quod cum cuidam uiro sancto refer-
rent ait. Duo foculi in isto monasterio
consueuerunt habitare. scilicet frater date et
frater dabit uobis. Nos expulisti primo
et secundus sine eo noluit remane-
re. Premium spirituale consistit in tribus

Primo in peccatorum remissione **Ecc. iii.**
Elemosina pauperis non erit in obliuione,
et sicut in sereno glacies soluentur pecca-
ta tua. **Eiusdem. iiii.** Ignem ardentem
extinguit aqua, et elemosina resistit pec-
catis. **Glo. sup. illud. Mat. xii.** Exten-
de manum tuam. Frustra pro peccatis ma-
num ad dominum expandit, qui eas ad
pauperes iuxta posse suum non extendit.
Secundo in diuine gratie collatione. **ii.**
Coz. ix. Qui seminant in benedictioni-
bus de benedictionibus metent, gratiam
scilicet in presenti, et gloriā in futuro. **Ter-**
cio in gratie conseruatione. Ecc. i. xxix.
Elemosina viri quasi sacculus cum ipso,
et gratiam hominis quasi pupillam con-
seruabit. Sicut enim manus opponit ut
pupilla conseruet, sic elemosina temp-
tationi dyaboli se interponit, et animam
a peccato custodit. **Premium autem celeste**
ponit hic cum dicit. Mensuram bonam
et confertam etc. Sunt enim qui dant pau-
peribus partem superfluoꝝ, et partem re-
tinent necessarioꝝ, de quibus dicit **Lu-**
ce. xi. Sed superest date elemosinam, et ec-
ce omnia munda sunt uobis. **Iste habet**
mensuram bonam. Alii sunt qui dant omnia
superflua et retinent necessaria. De quibus
dicit. Luc. iii. Qui habet duas tunicas
det unam non habenti. **Prima tunica est**
necessitas, secunda superfluitas. Ipsi habent
mensuram confertam. Alii sunt qui dant
partem necessarioꝝ, et partem retinent,
sicut fecit Martinus, quando clamides
diuisit. Ipsi habent mensuram coagita-
ta. Alii sunt qui omnia necessaria dant
et nihil sibi retinent, sicut sunt viri spiri-
tuales qui relinquunt omnia propter deum.
Mat. xix. Ecce nos reliquimus omnia
et secuti sumus te. **Ipsi habent mensuram**
superfluetem. Tercio inducit nos ad opus

miseriçordie exemplo omnium creatura-
rum. **Unde sanctus Job ad ipsas crea-**
turas scilicet homines immiseriçordes mittit
dicens. Job. xii. Interroga iumenta et
docebunt te, volatilia celi et indicabunt
tibi loquere terre et ridebit tibi et nar-
rabunt tibi pisces maris. **Primo igitur**
mittit ad iumenta, et istud patet in elephā-
tis, quia si unus cadit, ceteri currunt ad
subleuandum illum, patet et in equabus, quia
si mater unius pulli moritur, alii suscipi-
unt filium ad nutriendum, patet in leo-
nibus, quia animalibus pijs et humili-
atis coram eis et pueris peccant, nisi mag-
na fami urgeant. Deinde mittit ad vo-
latilia, istud patet in ciconis, que pariter
senes in nido collocant et nutriunt, patet
in aquila, que perdam sola non comedit,
sed aibus se sequentibus partem dimi-
tit, patet in chobar, de quo dicit Aristot.
in libro de animalibus, quod aquila quā-
tres pueros habet nimis grauatur in pas-
tendo, et ideo unum a nido reuocat, et auis
que arabice dicitur chobar cum suscipit
ad nutriendum. Deinde mittit ad terra-
mbros. Noli esse deterior infensibili ele-
mento, terra illos fructus quos affer-
unt non suis visibus vendicat, sed tuis misit
trat obsequijs, tu uero fructus illius so-
lus inuadis, et tibi soli concludis. Deinde
de mittit ad pisces, istud patet in delphi-
nis, qui homines mortuos in mari ad-
litus portant, patet in chonchis marinis,
que semper sunt clausae. Euidam autem
pisces ad eas partem defert, ad cuius
tactum ille se aperit, qui partem in eas
apertit et recedit. Secundo inducit nos
ad misericordiam spiritualem, que in duo-
bus consistit. Primo in iniuriarum, et odii
dimissione cum dicit. Dimitte et di-
mitte vobis, periculum est enim in cor-

de odium retinere / quia est sicut ignis
tinea r apis / sicut em ignis ppriam d
qua nutrit cōsumit materiā. Sic odium
mentez que nutrit ipm consumit r oia
merita ad nihilum redigit. Ideo com
parat fornaci babilonis. que combust
sit ministros qui eā incēdebant. ut ha
betur Dañ. iii. Secūdo odium assumi
latur tinee. que sicut uestimenta corro
dit r consumit omnia de quibus nas
citur / sic ira omnia merita q̄ sunt i aīa
consumit. De qua dicit Gal. v. Q̄ si
in uicē mordetis r comedetis videte ne
ab inuicem consumamini. Tercio odium
assimilat api / que dum alium pungit
aculeuz dimittit r ultra mellificare nō
potest. imo r ultra viuere nō pōt. Sic
r cor aculeo odii alium pungens r dul
cedinez grē dei perdit r seipm occidit
i. 70. ii. Qui odit fratrem suū homi
cida est scz suūpū. Secūdo elemosi
na spūalis consistit in delinquentiū cor
rectōne. debz tamen ille qui alios vult
corrigenē r iudicare. prio defectū suos
respicere. Unde uersū Turpe est docto
ri cum culpa redarguit ipm. ideo dicit
tur. Suid autē vides festucam in oculo
fratris tui r / Et ut istam correctō
nem ordinate possit facere / quinqz cōsi
deratōnes debet habere / quarum tres
ponit Aug. sup illud Mat. vii. Ppo
nita eice primum trabez de oculo tuo
r. Reliqs duas ponit Greg. in mozz.
Primo nāqz qui alios vult corrigere r
iudicare / debz considerare si est ei simi
lis. i. si ē in simili culpa. v. l. equali p̄ ma
tori / tunc nō debz ipm corrigere / sed
ambo sup se debēt gemere / r ad bonū
conari p̄ter r cōmouere. alias possz si
bi dicit. Rōs. ii. Qui alii doces teipm
nō doces. qui p̄dicas nō furāctum fu

raris? Gre. Durum est ut qui nescit te
nere modramina uite sue. iudex fiat vi
te aliene. Si nō est similis tūc debz trā
sire ad consideratōnem scōdam r vide
re si aliquādo fuit similis / r ideo sicut
tunc volebat sibi misericordiā exhibe
ri / sic r ipse debz eam alteri exhibere. Ec
cle. vii. De despicias hominē auerten
tem se a pctō. ne impropereis ei. Dem
to quoniā omnes in corruptiōe sumus.
Eiusdem. xxxi. Intellige que sunt pxi
mi tui ex teipō. Si uero nō est ei simil
nec aliquādo fuit similis. tunc debz cō
gitare. quia adhuc possz esse similis / r
ideo rōne talis dubii nō dēt supbire
sed delinquētibz odescendere. Coz.
x. Qui se existimat stare videat ne ca
dat. ui. Regū. xx. De glorie acinctus
eque ut discinctus Aug. Nemo est qui
securus esse possit in hac vita. que tota
rempatio nominat. v. r. u. qui potuit
ex deteriori melior nō possit fieri. aut
ex meliori deterior. Si autem nō est si
milis nec unq̄ fuit similis / r de dei boni
tate cōfidit q̄ nūq̄ erit similis / tūc dēt
transire ad quartam cōsideratōnem / r
videre si iste q̄ ita est reprehensibilis in
aliquo cōmendabilis sit. Et si hēt ali
quos defectus videre debz si habz ali
quos p̄fectus / r tunc rōne eoz bono
rum que habz supportādus est in his
que minus habz / istam cōsideratōnez
docet dominus Apocal. ii. Volens em
reprehendere episcopū Ephesi. Prio
ponit quoddam malum qd̄ habet di
cens / habeo aduersum te pauca qz ca
ritatem tuam primā reliquisti. S; sta
tim ponit quoddam bonum qd̄ habz
dicens / sed hoc habes bonū qz odisti
facta nicolaitaruz que ego similr odi
/ Similr volens reprehendere episcopū

Sard. Primo ponit quēdam suū de-
fectum. dicens. Non inuenio opa tua
plena coraz deo meo. Sed statim po-
nit quēdam suum bonum. pfectum di-
cens. Sed habes pauca nomina in sar-
dis. q nō inqnauerunt uestimenta sua
re. Ecce dominus postq̄ posuit illa i
quibus isti episcopi erant reprehēsi-
les. statim posuit illa in quibz erant cō-
mendabiles. Ad innuēdum q̄ si ppter
aliquē defectum aliquis est rep̄bē-
ndus. si tamen habeat aliqd bonūz est
supportandus. Si uero quis omnino vi-
detur eē malus. nec aliqd bonum habe-
re. ppter quod sit tolerādus. tunc dēt
transire ad q̄ntam consideratōnem. qz
iste q sic videt̄ alicui eē malus. forte i
conspectu dei sibi in merito p̄ferendz.
In ponit exemplū Gregz in Stephano
et Paulo. Nam cum Stephanus con-
sentiente et adiuuante Paulo lapidaret̄.
Stephanus omnino erat bonz. Pau-
lus uero omnino videbat̄ eē malus. et
tamē in ospectu dei. Paulus erat Ste-
phano in merito et premio p̄ferendz.

Sermo tercius.

Non quid potest cecus cecū du-
cere nōne ambo in foueam ca-
dunt. re. In isto euāgelio do-
minus instruit quales debent eē prela-
ti. quales subditi. quales omnes. prela-
ti quidem nō debent esse ceci sed vidē-
tes. In celo em̄ sunt omnes videntes. et
sapientes. et deum cognoscētes. et nō
indigēt aliquo instructore. Hier. xxxi
et nō docebit ultra vir proximū suum.
et vir fratrem suum. dicens. Cognosce
dominū. omnes em̄ cognoscent me a mi-
nimo vsqz ad maximum ait dominus.
In inferno autem sunt omnes ceci. et
cadunt in foueam. i. in profunditatez

penaz. Ysa. xxiii. Formido et fouea
et laqueus sup te. q habitator es terre. s.
infernalis. Et erit qui fugerit a facie for-
midinis cadet in foueam. et q se explicu-
erit de fouea tenebit̄ laqueos. Danati ei
sem̄p formidant pati supplicia graui-
ora. et volentes fugere a tali formidie.
cadunt in foueam. i. in profunditatez
penarum. Volentes autem exire de illa
fouea et nō valētes. tenent̄ laqueos def-
pationis p̄petno obligati. In p̄nti ac
sunt quidam ceci. scz subditi et illiciter a-
cti q nō habent cognitiōnem diuinorū.
et qdam videntes. scz p̄lati q debēt ha-
bere duos oculos. scz doctrinam salu-
dam et vitam p̄claram. ut illuminēt et
ducāt subditos verbo pariter et exem-
plo. Sed quādo isti ductores sunt ce-
ci et ducunt subditos cecos. tūc ambo
in foueam cadunt. Subditi autem ca-
dunt in foueam p̄tōrū. Prelati autēz
in foueam suppliciorū. Dauid autem
piculum est ceco ductorem cecum hēre.
qz nullum ductorem habere. Si em̄ ce-
cus ductorem nō habz viam baculo
ptemptat. Si autem cecum ductorem
habeat se cum illo in foueam p̄cipitat.
Formica lz sit animal cecutiens. tamen
ducem sibi non p̄ficit. sed habz uelut
quēdam baculum a natura p̄ quē viā
ptēptat. Sic et frequēter accidit q̄ sim-
plices homines quodam instinctu na-
ture simpliciter et innocenter viuunt. et
quādo habent malum pastorez tūc i
foueam p̄tōrū cadunt. quia sicut dicit
Grego. Cum pastor p̄ abrupta gra-
dit̄. necesse est ut ad precipitium grex
sequat̄. Legit̄. ii. Reguz. v. et rebus et
posuerūt sup muros hierusalem in cō-
temptum Dauid cecos et claudos. die
tum est ei. Nō ingredieris huc nisi ab/

stuleris cecos et claudos. **I**sti ceci et clau-
di super muros hierusalem positi sunt
mali plati in culmine ecclesie constructi.
qui sunt ceci per ignoranciam et claudi per dis-
tortam vitam nisi isti igitur fuerint amo-
ti christus in ecclesia non poterit dominari.
Secundo ostendit christus quales debent
esse subditi quia debent esse ad prela-
tos valde reuerentes et obediens quod no-
tatur cum dicit. **N**on est discipulus super
magistrum. **N**on enim debent subditi super
platos se efferre. Sed eis potius sub-
iacere et hoc propter dignitatem reueren-
tie ministerium diligenter et piculum ro-
nis reddende. **I**sta tria tangunt Hebre-
xiii. **O**bedite prepositis vestris et subia-
cite eis. **E**cce dignitas reuerentis ipsi enim
pugilant. **E**cce ministerium diligencie
quasi pro animabus vestris rationem red-
datur. **E**cce piculum rationis reddende.
Si autem plati sunt mali adhuc nihilo-
minus in reuerentia sunt habendi sicut
ostendit **C**risostomus super **A**thanasium tribus rationibus
De prima sic dicit. **H**omines ab initio
creati sunt propter se postea autem sacer-
dotes ordinati sunt propter te ergo na-
tura eorum ipsorum est ordinatio autem
eorum nostra si bene vixerint lucrum co-
rum est si bene docuerint nostrum erit. **q**uod
capite ergo quod vestrum est et nolite dis-
cutere quod aliorum est. **D**e secunda sic dicit
Frequenter de homine malo bona proce-
dit doctrina. **E**cce enim vilis terra precio-
sum aurum producit. **N**unquid propter
terram vilem preciosum aurum contem-
nitur sed aurum eligit et terra relinquitur.
Sic et vos doctrinam accipite et mores
berbarum. **F**lores autem colligunt et her-
bas relinquunt. **S**ic et vos flores doc-

trine colligite et conuersationem relinqui-
Tercio ostendit christus quales debent
esse omnes de quibus ista tria dicit. **P**ri-
mo quod non debent esse aliorum cordium
iudices. cum ait. **N**olite iudicare ut non
iudicemini non enim debemus iudicare de
occultis nec de futuris nec semper de om-
nibus manifestis. **D**e occultis quidem sic
de intentionibus cordis iudicare non de-
bemus quia hoc est solius dei. **1. Reg. xvi.**
Homo videt ea que patent deus
autem intuetur cor. ideo apostolus non
curabat de iudicio humano nec de iu-
dicio proprio confidebat timebat autem
multum de iudicio diuino. **1. Cor. iiii.**
Aubi enim pro minimo est ut a vobis
iudicet aut ab humano die. **1. ab huma-
no intellectu sed neque me ipsum iudico. q**
autem iudicat me dominus est. **S**ecun-
do non habemus iudicare de futuris
quia hoc similiter solius est dei. **Ysa. xli.**
Annunciate que ventura sunt in futurum
et sciemus quia diu estis vos. **I**n hoc pec-
cat multi uani homines et mulieres vo-
lentes de futuris conicere. **U**nde refert
Augustinus in li. de vita christiana quod cum quidam
auguria obseruaret et futuri mali
magnum iudicium crederet si mures in
domo aliquid corroderent ille cum se-
mel mures eius caligas corrosissent su-
per hoc interrogauit **C**athonem qui eum
deridens ait. **N**on est mirum si mures
caligas corroserunt sed hoc fuisse futu-
ri mali magnum iudicium si mures a
caligis fuissent corrosi. **T**ercio non debe-
mus semper iudicare de his que videntur
manifesta quia sicut dicit **1. Ber. Demus**
si possumus excusare opus quod si non
possumus saltem demus excusare inten-
tionem quod scilicet illud fecerit ex ignoran-
tia ex subreptione vel ex casu quod si neu-

trum possumus. salteꝝ dēmus illud al
leuiare. ppter grauem temptatōnem. et
dicere. **Q**uēvebens fuit illa tempta
tio. quid de me fecisset si accepisset de
me potestatem. **S**ecundo dicit quia de
bent esse ad iniurias remittendas faci
les. cum ait. **D**imittite et dimittet vos
bis. **I**n viris autem pfectis nō tantuz
exigit ut iniurias remittant. sed etiam
ut inimicos diligāt. iuxta illud. **Ma.**
v. **D**iligite inimicos vestros. bñfacite
his qui oderunt vos. et orate. p psequen
tibus et calū. vos. **M**ali em̄ sanctos vi
ros tripliciter psequunt. s. p odia cor
dium. p iniurias operū. et p exprobra
tōnes verboꝝ. **V**ult igit dominus ut
contra odia cordium opponamꝝ cor
dis dilectōnem. ideo dicit **D**iligite ini
micos vestros. **C**ontra iniurias opeꝝ.
opponamus bñficioꝝ exhibitōem. id
subdit **B**ñfacite his qui oderūt vos.
Contra exprobratōnes verboꝝ oppo
namꝝ orōes. ideo dicit **O**rate pro p
sequētibꝝ et calūniantibus vos. **P**er
tio dicit qꝫ ad elemosinas dandas de
bent esse liberales. cum dicit **D**ate et da
bitur vobis. **v**bi tria de elemosina no
tantur. **P**rimo debz esse gratuita cum
dicit **D**ate. nō vendite. **T**ribus em̄ mo
dis elemosina uēdi potest. **P**rimo qñ
dat cū spe retributiōis future. **H**iero.
ad nepocianum. **S**unt qui paruz pau
peribus tribuunt ut amplius accipiāt.
et sub elemosine pretextu diuitias que
runt. que magis appellāda est uenatō
qꝫ elemosina. **S**ecundo quādo fit cum
appetitu laudis humane. **Mat. v.** **C**ū
facis elemosinam. noli tuba canere. et c.
Tercō quādo fit cum quadam violen
tia et extorsione. **Ecccl. iiii.** **C**or inopis
ne afflixeris. ne pꝫtrabas datū agusti

anti. **Aug.** **S**ui dat ut careat tedio iter
pellantis. nō ut reficiat viscera indigē
tisa rem pdit. et meritum. **S**ecundo dicit
fieri in vita. **U**nde dicit. **D**ate in pñti
nō dabitur in futuro. **E**lemosina enim
qꝫ fit i vita utilior ē qꝫ qꝫ fit post mor
tem. **U**nde uersꝝ. **M**unera que donat
moriens hec munera nō sunt. **I**sta em̄
animā custodit. ne in foueam purgato
rii cadat. **I**lla uero adiuuat ut a fo
uea resurgat. **M**elius autem est in fo
ueam nō cadere qꝫ inde resurgere. **I**sta em̄
custodit animā ne i carcere purgatori
includat. **I**lla adiuuat ut inde educat.
Melius est autem nō incarcerationi qꝫ in
de educi. **I**sta custodit animā ne in ig
ne purgatorū cōburat. **I**lla uero ad
iuuat ut post cōbustionem ab igne eri
piat. **M**elius est autē nō comburi qꝫ
post cōbustionē ab igne liberari. **T**er
cio elemosina ē multum utilis et fructu
osa. ideo dicit **E**t dabit vobis. s. reg
num celoꝝ. **P**er tria autem quis ostē
uit aliquid a rege obtinere. **A**ut p alle
gatōnes aduocatoꝝ. **A**ut p pces ami
corū. aut p munus oblatum. **E**lemosi
ne autem in iudicō. p se et pro suis all
legabunt. iuxta illud ps. **I**ocūdy hō
qui miseret et cōmodat. disponet simo
nes suos in iudicio. et c. **S**ecundo ipse
panpes. facti amici pro ipis orabunt.
Lu. xvi. **F**acite vobis amicos de mā
mona iniquitatis. ut cū defē. reci. vos
et c. **I**mbilominus et ipa elemosina ora
bit. p eo qui eam fecit. **Ecccl. xxix.** **C**on
cluide elemosinā in sinu paupis. hec
p te exorabit ut eruaris ab omni ma
lo. **T**ercō p munus oblatum. ipse enim
elemosine sunt munera. que deo offer
re debemꝝ. p que iram dei extinguemꝝ
et regnum obtinebimus. **Prouer. xxi.**

Quinus absconditum extinguit iras
donum in sinu indignationem maximam
mitigat. Et dicit elemosina munus ab
absconditum. quia a laude humana det
abscondi. Diligas etiam elemosine no
tas cum dicit Mensuram bonarum et co
feram etc. Beatitudo enim nostra est in
dei cognitione et visione et intuitone. et
ista est mensura bona. In dei cogniti
dilectione. et ista est mensura conferta.
in dei cogniti et dilecti eterna possessi
sione. et ista est mensura coagitata. In
cogniti dilecti et possessi et delectabili
fructone. ista est mensura superfluens. De
hac quadruplici mensura dicit Aug. 9.
Facta est creatura rationalis. ut summum
bonum intelligeret. intelligendo ama
ret. amando possideret. et possidendo
frueretur.

Dominica quinta.

Bermo primus.

Qum turbe irruerent ad hierosolymam
ut audirent uerbum dei et ipse
stabat secus stagnum genesea/
Lu. v. Sicut dicit Crisostomus. sup
his secunda. Signum studiosi agricolae est mes
saris est terra referta. Signum gratiosi pre
dicatoris est ecclesia plena hominibus.
Videtur ergo quod christus gratiosissimus predi
cator erat quia tanta multitudo populi
ad ipsum confluebat. Dicit autem idem Crisostomus
ibidem. quod tribus de causis sic ad eum ue
niebant et irruerant. scilicet propter uerba
gratiosa que predicabat. propter faciem
amabilem qua cunctos attraheret. et
propter miracula crebra que faciebat.
Ideoque nauem ascendit ut omnes eius
uerba possent audire. et omnes eius fa
cilia possent inspicere. et miracula pos
sent uidere. Sic omnes uidebant mira

culum quod factum est in captura piscium
Dicit ergo cum turbe irruerent ad hierosolymam
etc. In isto ergo euangelio instruuntur
auditores uerbi dei. quales esse debeant.
In quibus quidem quatuor esse debent.
Primo auditas in audiendo quod notat cum dicit Cum turbe irruerent
id est cum quodam impetu irent. sicut pauperes in
distributione elemosinarum. tempore famis irruere
consueuerunt. In primitiua enim ecclesia fuit magna
fames audiendi uerbum dei. iuxta illud Amos. viii.
Mittam famem in terram. non famem panis nec sitim aque. sed audiendi uerbum dei.
Talis famis attestatur sanitati mentis. sicut famis corporalis
attestat sanitati corporis. In fine etiam ecclesie similis ista
fames renouabit. iuxta illud psalmus. Conuertentur ad
uespam et famem patientur ut canes. Nam secundum glo.
ipsi iudei et aliqui de gentibus conuertentur ad
uespam id est in fine mundi. et famem patientur. id est magnum desiderium
habebunt conuertendi. et erunt ut canes. quia contra incredulos
latrabunt. et circuibunt ciuitatem. id est munient ecclesiam
contra hereticorum impugnationem. et dispergent ubique ad
manducandum ut scilicet alios lucent christo et incorporent. Et
si non fuerint saturati fide scilicet et conuersione populoz
murmurabunt contra nolentes credere. eos scilicet grauer arguendo.
In medio autem ecclesie. id est moderno tempore non est
fames sed magna copia uerbi dei. Psal. xi. Repleta est terra
scientia domini. sicut aque maris opientes. tantaque est
copia. quod sepe multis uertitur in fastidium. quod est magnum
periculum. sicut enim famis uerbi dei signum est salutis. sic
fastidium signum est mortis. psal. Omnem escam abhominata est anima

eoꝝ. ⁊ appropinquauerunt usq; ad por-
tas mortis. Dicit autē sermo dei esca-
qua replet ⁊ satiat omnem famem di-
uitiarum ⁊ bonoꝝ ⁊ deliciarum. Osten-
dit em̄ in deo ueram esse satietatē. Nā
auarus ibi inuenit ueras diuitias. Su-
perbus ueros honores. deliciosus ue-
ram delectatōnez. de duobus prunis.
Prover. viii. Necū sunt diuitie ⁊ glo-
ria. de terco psal. Delectatōnes in dex-
tera tua usq; in finem. Et dixit appro-
pinquauerunt usq; ad portas mortis.
illi em̄ qui libenter uerba dei audiunt.
a portis inferni sunt omnino remoti.
illi uero qui fastidiunt. sunt p̄pinqui.
illi qui derident ⁊ nō credunt. iam vi-
dentur esse inclusi. Secundo in audito-
ribus debz esse uelocitas in obediēdo.
qđ signat in Petro qui mox domino
obediunt. precepit sibi dominus duo.
Primum qđ uidebat cōtinere obsequiū
x̄p̄i cōsolatiōem populi. quādo roga-
uit eum a terra reducere pusillum. ne s-
turba ip̄m cōprimeret. ut populus eū
cōmodius audire et uidere posset. Ali-
ud qđ uidebat cōterere utilitatez ip̄is
Petri. cum ait. duc in altuz. ⁊ laxate re-
thia uestra in capturam. Ex quo dat
intelligi. qđ placus nihil debet p̄cipere
nisi qđ contineat. aut honorez dei aut
edificatōnem proximi. aut utilitatem
ip̄ius subditi. In hoc autem apparet
magna humilitas ⁊ obedientia Petri.
quia cum x̄p̄s sibi dixisset. duc in altū
⁊ c. Nō se excusauit sed humiliter obe-
diuit. Tribus em̄ de causis consueuit
quis se ab iniuncto ope excusare. Aut
quādo alias est; ualde fatigatus ⁊ uel-
let quiescere. aut quādo illud quod in-
iungit uidet esse nimis arduum ⁊ dif-
ficile. aut quādo uidet esse infructuo-

sum ⁊ sine utilitate. Petrus quidem p
totam noctem laborauerat. ⁊ ideo ual-
de fatigatus erat. Illud etiam qđ p̄ci-
piebat uidebat eē difficile. scz in altū
nauez ducere ⁊ rethia laxare. Difficilis
est em̄ piscari in mari alto qđ in infimo.
Poterat etiam rōnabiliter timere inuti-
lilitatem opis futuri. ex infructuosita-
te opis p̄teriti. ⁊ tamen Petrus nō at-
tendit ad suam fatigatōnem. nec ad la-
boris difficultatem. nec infructuosita-
tez sed simpliciter dixit. In uerbo tuo
laxabo rethē. Ex quo dat intelligi. qđ
quādo prelati aliquid p̄cipit quod
uidet continere honorem dei. uel edi-
ficatōnem p̄ximi. uel meritum ip̄ius
subditi. nō debz se excusare. Nec p̄pter
fatigatōnem corporis. nec p̄pter diffi-
cultatē operis. nec p̄pter apparetem
inutilitatem laboris. sed debet deo se
cōmittere ⁊ simpliciter obedire. Abz
autem anima duas aures. scz intellectū
⁊ affectū. Cum aure intellectus audit.
quādo illud quod predicat intelligit.
Cum aure affectus audit. quādo illud
sibi placz ⁊ diligit. sed in parum pro-
dest. si quis aliquid uerum intelligat
⁊ diligat. nisi hoc p̄ aliqua opa osten-
dat. Tūc igit̄ auditores sunt uere obe-
dientes. quādo ⁊ ea que p̄dicant̄ intel-
ligunt ⁊ intellecta diligunt. ⁊ dilecta p̄
opa ostendunt. Lu. xii. Beati qui audi-
unt uerbum dei intelligendo scz ⁊ amā-
do. ⁊ custodiūt illud ope s; adimplē-
do. Tercō in auditoribus debz eē mo-
destia in amando terrena. qđ notat cū
dicit. Rogauit autē eum a terra redu-
cere pusillum. Nō rogauit eum ut stet
in terra. Nec ut penitus se elonget a ter-
ra. sed ut pusillum se reducat a terra.
Quidam enim penitus sunt terra sicut

anari. Alii penitus sunt reducti a terra
sicut viri pfecti. Alii sunt reducti pu/
sillum a terra. sicut boni laici et pfecti.
qui non debent esse in terra. p inordina
tum amorem terrenorum. Nec omnino re
quirunt ab eis quod omnino retrabant se a
terra. p omnimodum contempsum terrenorum
sed quod pusillius reducant se a terra
p amorem inordinatum. In terra pe/
nitus erat qui dicebat Lu. xii. Anima
mea multa bona habes. reqesce. come/
de et bibe epulare. A terra penitus se elō
gauerunt qui dicebant Ma. xix. Ecce
nos reliquimus omnia. et pusillius a ter
ra docebat apostolus reduci dicens. i.
Coz. vii. Sui habent uxores tanquam non
habentes sint et qui vident hoc mundo
tanquam non vident. Ille habet uxorem tanquam
non habens. qui ea vtitur non ad libidinis
explorationem sed ppter prolis pcreati
onem. ul saltem ppter casus vite lubri
ce vitacionem. Ille vtitur mundo tanquam
non vtitur qui rebus mundi vtitur non ad
superfluitatem sed ad necessitates. Quar
to in auditoribus debet esse reuerentia
cum dicitur. ut cessauit autem loqui. Et
usque non cessauit narrare intente audie/
runt. Verba quidem dei cum multa re
uerentia sunt audienda. quia sunt medi
cine. gemme dei et reliquie dei. Quibus d
em sunt medicina purgatiua sicut peni
tentibus. a quibus purgant malos hu
ba neque malagma sanauit eos. sed tuus
domine sermo qui sanat omnia. Sui
busdam sunt medicina melioratiua. si
licetant Ecccl. xii. Verba sapientium quasi
stimuli. et quasi clauis in altum defixi.

Sue p magistroz consilium data sunt a
pastore vno. Verisque autem sunt medi
cina conseruatiua. iuxta illud psal. In
corde meo abscondi eloquia tua ut non
peccem tibi. Si quis talem doctrinam
doceret que morbos purgaret. sancta/
tem augetet. in sanitate conseruaret. li/
bentissime audiret. Secundo sunt gem
me dei. Istas gemmas sancti diligunt
ps. Dilexi mandata tua super aurum et
topasion. Homines autem porcini con
temnunt. Mat. vii. Nec mittatis mar/
garitas vestras ante porcos. Et tamē
poma putrida. i. verba carnalia. tales
porci cum auaritate suscipiunt. Si quis
gemmam haberet quam christus in ore por
tasset. cum magna reuerentia eam conser
uaret. Cum magna igitur reuerentia ver
ba sancti euangelii sunt habenda. que in
corde christi fuerunt. et ab eius ore pcesse
runt. Tercio sunt reliquie dei. Verba ei
sancti euangelii sunt reliquie christi. Ver
ba etiam aliorum sanctorum sunt reliquie
iporum. Reliquie autem corporales ali
orum sanctorum. aliquando sanant mor
bos corporales. Verba autem dei sanant
spirituales. Nam animam cecam illuminant
ps. Preceptum domini lucidum illu
minans oculos. Animam mortuam vi
uificant. Io. v. Omnes qui in monimen
tis sunt. i. in fetore peccatorum. audient
vocem filii dei. et qui audierint uiuent.
Animam febrili calore inflammatam re
frigerant. Ecccl. xviii. Donec ardorem
refrigerabit ros. Sic et uerbum melius
quod animam male infrigidatam inflammat
ps. Ignitum eloquium tuum uehementer
et. Si igitur medicinam corporalem p/
ciperemus cum attentione et diligeremus
cum deuotione. Si gemmas que fuissent
in ore christi conseruaremus cum deuotione.

Et reliquias sanctorum adoramus cum
reuerentia exhibitio[n]e. Manifestum est quod
uerba dei demus cum attentio[n]e intel
ligere. et cum deuotio[n]e suscipere. et cum mul
ta reuerentia retinere.

Sermo secundus.

Ascendens autem in unam na
uim quae erat simonis rogauit eam
a terra reducere pusillum. Et
deus primum homines creatur ip[s]um in
naue innocentie posuit. sed fracta nauis
innocentiae tabulam penitentie praeparauit
que inter amissa[m] misericordiae potestatem
erexit. Sui enim perdit innocentiam et
penitentiam saluari non potest ulterius
nisi per dei misericordiam. Quis autem
penitentia dicat tabulam tamen quando
perfecte agit. homini innocentiam resti
tuit. et ideo non immerito nauis potest
appellari. Circa hoc autem duo sunt
uidenda. Primo quare penitentia siue
religio dicat nauis. Secundo quae sunt
merces istius nauis. Dicit autem nauis
quadruplici ratione. Primo ratione mate
riale. Nauis enim constructa ex tabulis cuius
clauo firmatis. et bitumine iunctis. Ad
constructionem autem nauis materialis
multae tabulae requiruntur. Ad constructi
onem autem nauis penitentie pertinent tri
tes tabulae scilicet contritio. confessio. et sa
tisfactio. Clauus est timor domini ps.
Confige timore tuo carnes meas. et.
Isto clauo timoris domini nisi peni
tens firmetur cito nauis penitentie dissol
uitur. **Ecclesiasticus. xxvii.** Si non in timore domini
tenueris et instanter cito subuertet do
mus tua. Maxime autem iste clauus ti
moris domini necessarius est incipien
tibus. **Augustinus.** Tanto minor fit timor
quanto patrie ad quam tendimus fit pro
pinquior. Maior enim timor debet esse

pergrinatum. Minor pergrinatum
nullus peruenientium. Bitumen est ipsa ca
ritas que animam coniungit deo. cordi
suo. proximo. Sui enim non habet vinculum
caritatis est diuisus a deo. diuisus est
a corde suo. diuisus est a proximo. Sed
caritas ista omnia coniungit. **Col. iii.**
Super omnia habete caritatem quod est vin
culum perfectionis. Secundo dicit nauis
ratione forme. Nauis enim in principio et in
fine est stricta. et in medio lata. Est etiam
superius apta inferius clausa. Penitentia
enim in principio conuersionis videtur esse
angusta propter inexperientiam et tempra
tionum frequentiam. **Ecclesiasticus. ii.** Fili acci
dens ad seruitutem dei ista in iusticia et
timore et prepara animam tuam ad rep
tationem. In fine similis erit stricta pro
pter districtam rationem reddendam. **1. Cor.**
v. Omnes nos manifestari oportet ante
tribunal christi. ut referat unusquisque pro
pria corporis prout gessit. In medio
autem est lata propter caritatem diffu
sam. **Romans. v.** Caritas dei diffusa est in
cordibus nostris. **ps.** Domini manda
torum tuorum cuius cum debet aut
ueritas penitens habere cor apertum a su
periori ut diligat celestia. et clausum ab
inferiori ut non amet terrena. Ideo cor
hominis superius est latum inferius stri
ctum. Ad inuendum quod debet esse latum
ad superiora et strictum ad inferiora. Quod
de multis potest dici illud. **Trenorum. i.**
Subuersus est cor meum in memetipso.
Tercio dicit nauis ratione finis. Nauis
enim propter istum finem fit ut hominem
per pelagus ad portum deducat. Sic et
penitentia data est homini. ut per pelagus
mundi ad portum paradisi ipsa dedu
cente perueniat. Et sicut homo in nauis
existens dormiendo. comedendo. et gressu

cendo semp uadit ad portum. Sic et
 uerus penitens et religiosus dormiendo
 uadit ad celum. Nam scdm Greg. Som
 nus sanctorum non uacat a merito. Ideo
 enim dormiunt ut ad laudandum deum
 fortiores exurgant. immo et ipsa sancto
 rum somnia aliquando sunt meritoria
 ps. Reliquie cogitatum diem festum
 agent tibi. Reliquie cogitatum sunt
 somnia que sanctis uiris accidunt ex
 bonis meditationibus quas uigilando
 habuerunt que quidem deo faciunt mag
 num festum. Similiter comedendo uadit
 in celum. Ideo enim comedunt ut sint for
 tiores ad seruendum deo. 1. Cor. x. Si
 ue manducatis siue bibitis omnia in glo
 riam dei facite. Similiter quiescendo ual
 dunt in celum. Ideo enim quiescunt ut
 fortiores sint ad laborandum. Sicut enim
 mali utuntur sua fortitudine ad malum
 iuxta illud Ps. v. De qui potentes
 estis ad bibendum uinum etc. Sic et bo
 ni ea utuntur ad bonum. Ideo dicebat p
 pheta Fortitudinem meam ad te custo
 diam. Quarto dicit naus rone regimi
 nis. Naue enim regit naucler a poste
 riori pars posterior hominis est ipsa
 mors. Naucler est meditatio mortis.
 clamat igitur iste naucler ad auaros
 ne ament diuitias quia non portabunt
 inde nisi uilissimum saccum. Job. xvi
 Sacculus consui super cutem meam. clamat
 ad uoluptuosos ut dimittant delicias
 quia eorum caro cito erit cibus uermium.
 Job. xxi. Simul in puluere dormient
 et uermes operient eos. clamat ad super
 bos ut dimittant ambitiones suas. quia
 illi qui uolunt eleuari super alios per elati
 onem cito bestie super eos ascendent per
 conculcationem. Eccl. x. Cum enim mori
 tur homo hereditabit serpentes et bestias

et uermes. Secundo uideendum est que sint
 merces istius nauis i. religionis que q
 dez sunt tres castitas obediencia et pau
 pertas. Et notantur in uerbis promissis.
 Nam uotum castitatis notatur per hoc
 quod dicitur. Ascendens Iesus in unam
 nauim. Per castitatem enim maxime uir
 ginalem homo ascendit ad angelicam
 similitudinem. Ma. xxi. In resurrectione
 neque nubent neque nubentur sed erunt sicut
 angeli dei in celo. Ascendit usque ad ange
 licam equalitatem. Lu. xx. Filii huius
 seculi nubunt etc. et infra. Equales enim
 angelis sunt. Transcendit angelicam for
 titudinem. Ambro. Virginitas condi
 tionem humane nature supergreditur et an
 gelicam dignitatem per quam homines an
 gelis assimilantur. Maior tamen est uic
 toria uirginum quam angelorum. Angeli enim
 sine carne uiuunt. homines uirgines in
 carne triumphant. Ascendit usque ad diu
 nam cognitionem. Sapient. vi. Incor
 ruptio proximum facit deo. Secunda mer
 ces est uotum obediencie quod notatur per
 hoc quod dicitur quod illa nauis erat sumonis
 Ubi notandum quod Petrus fuit trino
 minus scilicet cephas. petrus et simon tam
 enim non dicitur quod ascenderit in nauem cephe
 nec petri sed sumonis. Cephas enim inter
 pretatur caput et signatur prelatos subli
 mes qui in ecclesia capitis locum tenent
 Petrus interpretatur agnoscens et signatur
 illos qui uidentur habere magnam profec
 tionem scientie. Interpretatur etiam discalci
 atus et significat illos qui uidentur habere
 magnam austeritatem uite. Simon
 autem interpretatur obediens. Non igitur dicitur
 quod Christus ascenderit in nauem cephe
 petri sed simonis quia non habitatur cum ali
 quibus propter suam potentiam nec suam
 sapientiam nec propter suam austeram

vitam. sed tñ habitat cuz illis q hñe
sapienciam. ⁊ humilē obediēciam. **Nō**
autem dixi. sapiētem ⁊ humilem. quia
est quedam obediētia stulta qua q̄s
obedit sue sensualitati. **De qua dicitur**
Ad Rōs. vi. **Nō regnet p̄tñ in v̄ro**
mortali corpore. ut obediatis cupis-
centis eius. **Stud est em̄ valde stultū.**
quia hoc est hominez tradere in mani-
bus demonum. **Ecc̄. xviii.** **Post con-**
cupiscentias tuas nō eas. ⁊c. usq̄ ibi.
Faciet te in gaudiū inimicis tuis. **Est**
em̄ alia obediētia sup̄ba. q̄ quis vult
q̄ platus sue obediāt volūtatē. ⁊ ista
ē obediētia ceci. cui dixit dominus. **Lu-**
xviii. **Quid tibi vis faciam.** **Sic oꝝ vt**
placi talibus dicant. **Qd̄ officium uel**
quales obediēcias vultis vobis com-
mitti. ⁊ ista nullus est meriti. **Est alia**
obediētia humilis ⁊ deuota. quando
quis volūtatē suam volūtatē prelati
totaliter cōmittit. **Et ista fuit p̄ Sauli q**
dixit. **Act. ix.** **Domine quid me vis fa-**
cere. ⁊ ista magni est meriti. **Tercia est**
merces paup̄tatis qd̄ notat. cuz dicit.
Rogauit eum a terra reducere pusilluz
nō dixit reducere penitus. **Sancti em̄**
viri q̄d̄u sunt in hoc mundo. nō p̄nt
penitus elongari a mundo. sed op̄z q̄
corpori p̄uideant. ⁊ necessitati p̄ximo-
rum satisfaciāt. **Ad eo dicit.** **Ezechiel.**
vii. **Eleuauit me sp̄s inter celuz ⁊ ter-**
raz. **Nō dixit posuit me in terra. quia**
ibi sunt auari. nec posuit me in celo. qz
ibi sunt beati. **Sed eleuauit me inter ce-**
lum ⁊ terram. quia ibi sunt sancti. viri
in hoc mundo positi. qui ⁊ ascendunt
in celum p̄ amorē. etiam quādoq̄ des-
cendunt in terram p̄ necessarioꝝ p̄uisi-
onem. **Et hinc est q̄ cor hominis lz sic**
situatum in sinistra. tamen respirat ad

dextram. **Sic sancti viri q̄uis sint in**
mundo p̄ corporalem habitacōem em̄
suspirant in celum p̄ ardentem amorē
Sicut suspirabat p̄pheta dicens. **Sicut**
uit anima mea ad deum fontem viuū.

Sermo tercius.
D **Receptor p̄ totam noctem sa-**
borātes nihil cepim⁹ ⁊c. Pre-
dicatores dei uocant piscato-
res ⁊ uenatores. vindemiatores. Sed
p̄dicatores primitiu furunt piscato-
res. quia vno tractu reb̄s. i. p̄dicatō-
nis. aliquādo magna ⁊ multitudinē ho-
minum cōuertebant. Predicatores autē
moderni sunt uenatores. quia cū mil-
tis fatigatōibus ⁊ clamoribus vix ali-
quādo poterunt cape vnā feram. i.
conuētere vnā animā. **Dicit. xvi.**
Ecce ego mittam piscatores multos ⁊
piscabuntur eos. ⁊ post hoc mittam
eis multos uenatores ⁊ uenabunt eos.
Predicatores autem ultimi siue ip̄i an-
geli erūt vindemiatores. quia cū face-
diuini eloqui vvas maturas a puer-
dis sepabunt. ⁊ maturas reponent in
cellario dei. putidas in tocularia in-
ferni. **Apocal. xiiii.** **Disce angelus fal-**
cem suam in terram ⁊ vindemiat u-
neam terrē. **Modo dyabolus uidetur**
esse vindemiator terre. qz omnes mag-
nas vvas colligit. X̄ps autem est pau-
per collector. quia vix aliquos pau-
peres ouertit. **Mich. vii.** **De mibi qz**
factus sum sicut qui colligit in autum-
no racemos. Quis autē primitiu p̄-
dicatores ut dictum est fuerunt pesca-
tores. tñ nihilominus ⁊ moderni poss-
sunt uocari piscatores. Nam piscato-
res aliquando capiunt magna ⁊ piscati-
res primitiu. aliquādo paucos ⁊ tales

auris audiuit nec in cor hominis ascē
dit. In pñti enim vita nō satiatur
oculus in videndo. nec auris in audiē
do. nec cor in diligēdo. Sed in futuro
satiabit oculus in dei visione. / auris ī
angelica iubilatōne. / cor in dulci dei
dilectōne. Dicit autem vita beata dex
tera. / pñs sinistra. / quia pars dextera
iū homine est honorabilior. / fortior et
calidior q̄ sinistra. / Sic / vita beata ē
honorabilior. quia sicut dicit beatus
Aug⁹. Ibi est uera dignitas que nulli
dat indigno. / nulli negat digno. / In
pñti autem sepe digni despiciunt. / in
digni exaltant. / Est etiaz fortior quia
ibi est uera eternitas. / Psā. xxxiii. / Deu
li tui videbunt tabernaculū qđ nequa
q̄ trasseri poterit. / In pñti autem est
labilitas. / Jo. ii. / Fundus transiit / cō
cupiscentia eius. / Est etiam calidior. qz
ibi est immensa caritas. / Unde sancti
vocant carbonēs ardentes. / lapades
fulgentes. / Ezechiel. i. / Similitudo ani
malium / aspect⁹ eoz quasi carbona
ignis ardētium. / quasi aspectus lam
padarum. / In pñti autem quo ad bo
nos est pfecta caritas. / quo ad malos
est frigiditas. / quo ad pigros est tepi
ditas. / Apocal. iiii. / Utinam frigid⁹ eēs
aut calidus. aut siccus aut humid⁹ sūt.

Secunda causa quare pisces nō capiū
tur potest esse ex parte piscium. / et hoc
quadrupliciter. / Prima causa est quā
do scz nimis sunt astuti. / et cauēt sibi a
retib⁹ / a hamo. / Multi em̄ ex quadaz
astucia dyabolica vitant intrare p̄di
catōnis rethia. / timentes ne sua ibidem
tangant vicia. / Nam supb⁹s nō vult
audire uerba humilitatis. / nec luxurio
sus uerba castitatis. / nec auar⁹ vba libe
ralitatis. / sic dicit Job. v. / Apprehendit

sapientes in astucia eoz. / Quis em̄ nō
modo pmittant se capi tamen in mor
te capient a deo. / a dyabolo. / a p̄cō
Deus em̄ eos capiet. / et dyabolo tradet.
Diabolus ip̄os carceri infernali inclu
det. / p̄c̄m autem ip̄os inclusos sic allu
gabit / et inuoluet. / qz nunq̄ inde exient.
Mat. v. Esto consentiens aduersario
tuo. / i. diuino sermōni. / qui aduersatur
tibi peccanti. / peccare uolenti. / Ne for
te tradat te iudici. / i. xp̄o. / et sic causa q̄
te tradaris. / et iudex tradat te ministro
id est dyabolo. / et in carcerem mittat.
Amen dico tibi non exies inde donec
reddas nouissimum quadrātem. / i. do
nec exsoluas penam. / nō em̄ pro pecca
tis magnis sed etiam minimis. / Et qz
hoc facere nō poterit. / ideo nunq̄ exi
bit. / Secūda causa quādo sunt nimis
magni. / quia tunc rethia frangunt. / Sic
et magni in seculo dei p̄cepta contēnit.
Unde dicit de optimatibus Hierē. v.
Hi simul magis cōfregerunt iug⁹ tu
perunt vincula. / Tales em̄ ad penitē
tiam se capi nō pmittunt. / Unde xp̄s
in hoc mundo de omnibus sapiētib⁹
nō cepit nisi unum scz Samaelem le
gis doctorem. / Nec de omnibus nobi
libus nisi unum scz Paulum. / Nec de
fuisse nobilis ciuis romanus. / Nec de
omnibus diuitibus nisi unum scz Ca
theum. / Nec de omnibus principibus
et potentibus nisi tres scz Nicodem⁹
Centurionē et Regulum. / De infirmis
autem et simplicibus ignobilibus et
paupibus multos cepit. / Coz. v. / De
dote uocātōnem uestram fratres quia
non multi sapientes sc̄m carnem non
multi potentes. / Tercia causa est qñ
scz sunt nimis lubrici. / sicut p̄ in aguil
lis. que postq̄ capte fuerunt d̄ manib⁹

lubricant. Sic sene multi lubrici qui lu-
bricant de culpa in culpam **Tren. iiii.**
Lubricauerit uestigia uestra **re. Gre-**
gorius. **Psalm.** quod per penitentiam
no diluit. mox suo pondere ad aliud
trahit. lubricat de culpa in pena **Job**
.xxi. Ducunt in bonis dies suos **Ecce**
culpa. Et in puncto ad inferna descen-
dunt. **Ecce pena.** Lubricant de pena in
penam **Job. xxiiii.** Ad nimium calore
transunt ab aquis niui. **Quarta ca-**
est quando sunt nimis parui. quia de-
rebe. psiliunt. **Isti** sunt qui paruū cor-
bentes timent aggredi qdlibet arduū.
Sed serui dei non debent timere bona
agere. ppter aliqua aduersa q possunt
concingere. **Sicut** ostendit **Erisof.** sup
Mat. p. tria exempla. dicit em q sunt
tria genera psonarū. que ppter aduer-
sa no timent agere opa sua. scz. miles.
agricola. et negociator. **No** debet igit
timere serui dei contra vicia certare. cu
sunt milites xpi. **Thi. ii.** Labora sic
bonus miles xpi. **Hiesu.** **Nec** debent ti-
mere bona opa seminare. cum sint agri-
cole dei. quia sicut dicit **Eccl. xi.** Sui
debet timere uentum no seminat. **re. Nec**
debet timere calēta. i. gratias sibi da-
tas. ad lucrandas animas exponere.
Negociamini dum uenio.

Dominica sexta.
Verbo primus.

Nisi habundauerit iusticia ustra
plus q scribarū et phariseoz
Mat. v. Solēt magistri scolarū tres
ordines habere scolarium. quoz qdā
sunt incipientes q indigent primis. Ista
rum elementis. istos magister no docz
p se sed p alios minus eruditos. **Alii**

sunt pfecti. qui adhuc indigent in
structōibus leuibz et planis. istos si-
milr no docz p se sed per alios magis
doctos. **Tercii** sunt pfecti. qui iam ap-
ti sunt sensibz. p fundis. istos magister
p seipm docet et instruit. **Magister** ue-
rus est xpus. **Unde** dicit **Mat. xxiii.**
Unus em ē magister uester xps. **Sco-**
la eius est totus mundus. **habuit** enim
tres ordines scolarū. **Quoz** quidam
fuerunt tempore legis nature. isti om-
no erant rudes et incipientes. et p elemen-
ta et creaturas mundi instruebant. legē
tes in ipis dei potētiam. ex sui magni-
tudine. dei sapiētiaz. ex ordine. dei bo-
nitatem ex utilitate. **Rō. i.** **Inuisibilia**
dei a creatura mundi per ea que facta
sunt intellecta conspiciunt. **Alii** fuerūt
magis pfecti. qui scilz fuerunt tpe
legis scripte. quos deus docuit p ma-
gis eruditos. scilz p **Moysem** et pphē-
tas. **Alii** fuerūt pfecti scz xpiani. istos
xps docuit p seipm sublimiora māda-
ta. ideo opz q eoz iusticia magis ha-
būdat q iusticia ceteroz. **Et** ideo dix-
it. **Nisi** habundauerit iusticia uestra **re**
In hoc igit euāgelio xps nos inuitat
ad pfectam iusticiam. **Deinde** ostēdit
q sit ista iusticia. **Ultimo** que sint sig-
na. **Ad** pfectam autem iusticiam nos
inuitat dicens. **Nisi** habundauerit ius-
ticia uestra **re.** **Iusticia** em scribarū et
phariseoz erat simulatoria. et mercen-
naria. tepida et seuera. **habebant** em ius-
ticiam simulatam. quo ad deum. quo
ad pximos. et quoad seipos. **Nā** quo
ad deū simulabant se habere deuotas
orōnes. **Mat. vi.** **Cuz** oratis no eritis
sicut ypocrite. q amant in sinagogis. et
in angulis platearū stantes orare. **re**
quo ad pximum. **Simulabant** se dare

elemosinas ppter deum. cuz tamen da-
rent eas propter fauorem humanum.
Ibidem. Cum facis elemosinam noli
tuba canere ante te. **Secundo** ad se. **Simu-**
labunt se magna seruare ieiunia. **Ibidem.**
Cuz ieiunatis nō tristes sicut ypocrite
tristes. **Iusticia** autem xpianoz dz
ab ista habundare quia eoz orōes de-
bent fieri cum cordis attentōne. **unde**
ait ibidem. Tu autem cum oraueris in-
tra cubiculum tuum. i. in secretum cor-
dis tui. **Et clauso ostio** scz exteriorū
sensuum. ora patrem tuum. **Elemo-**
sine debent fieri cū recta intentōe. **Ibi-**
dem. Te autem faciente elemosinā. nes-
ciat sinistra tua qd faciat dextera tua.
Ieiunium debz fieri cum cordis et vul-
tus exbilaratōne. **Ibidem.** Tu autē cuz
ieiunas unge caput tuū. **Secundo** eo-
rum iusticia erat mercēnaria. quia ser-
uabant leges et mandata ppter tempo-
ralia assequenda. **Tria** em seruantibz
promittebant scz augmētatio substā-
cie temporalis. **Ysa. i.** Si volueritis et
audieritis me bona terre comedetis. **P-**
longatio vite corporalis. **Leuit. xviii.**
Custodite leges meas atqz iudicia que
faciens homo viuet in eis. **Et pax** tem-
poris. **Dich. iiii.** Conuertent gladios
suos in vomeres et hastas suas in ligo-
nes. **Iusticia** em xpianoz magis ha-
bundat. quia seruantibz euāgelicam p-
fectiōem promittit regnū celoꝝ. **Ma-**
ui. Penitētiā agite. **et promittit** vi-
ta eterna. **Eiusdem. xix.** Centuplum ac-
cipietis et vitam eternam possidebitis.
Promittit pax temporis et eternitatis
Jo. xiiii. Pacē relinquo vobis. pacē
meam do vobis. **Multi** tamen hodie
sunt scribe et pharisei inter xpianos. q
plus curant de temporali cōmodo qz

de celesti regno. plus de vita corpora-
li qz de celesti. plus de pace tēporis qz
eternitatis. **Tercia** eoz iusticia erat re-
pida et remissa. **Scribe** em confidebāt
in sua sciētia. **pharisei** autē in sua vi-
ta. **et ideo** nō curabāt amplius acqre-
re sanctitatis merita. **Iusticia** em xp-
ianoz debz habundare quia de sua
sciētia et transacta vita non debēt cō-
fidere. sed semp ad maiora proficere.
Ibidem. iiii. **Que** quidem retro sunt obli-
uiscens. ad ea uero que sunt priora ex-
tendens mētē. **Sed multi** sunt qui nō p-
ficiunt sed deficiunt. **hodie** em aliquid
faciunt. cras parum. **postcras** minus.
postea nihil. **Tales** sunt lunatici. **Eclē.**
xxviii. **Stultus** ut luna mutat. **Luna**
modo est plena. modo est semiplena.
modo est semiuacua. **mō** tota vacua.
Cum em tres sunt patres satisfactōis.
scz orōes ieiunia et elemosine. **Sunt** q-
dam qui orōnes multas faciunt. ieiun-
nia custodiunt. et elemosinas tribuunt.
Isti sunt luna plena. **postea** dimittit
orōnes. sic sunt luna semiplena. **postea**
dimittunt orōes et ieiunia. et sic sunt lu-
na semiuacua. **Tādē** totum dimittit.
et sic sunt luna tota vacua. **Prover. x.**
Egestatem opata est manus remissa.
manus autem fortium diuitias parat.
Manus remissa opatur egestatem in
mundo. quia priuat in ecclia omnibz
suffragis. **egestatem** in iudicio. quia nō
poterunt habere modicam stillam olei
compassionis. sicut pēz in virginibus
fatuis. **Egestatem** in inferno. quia non
poterunt habere modicā guttaz aque
refrigerantis. ut pēz in diuite epulone.
Sed sancti viri qui fuerunt fortes. cō-
tra mundum. carnem. et dyabolum. pa-
uerunt in mundo diuitias gratiarum.

In iudicio diuitias meritoꝝ. In celo
diuitias p̄mioꝝ. **Quarto** eoz iusticia
erat nimis seuera. **Ma. v.** Audistis qz
dictum est antiquis. oculus pro oculo
dentem pro dente. tunc em̄ deus habe
bat duos officiales valde seueros. scz
veritatē que culpas stricte discutebat.
iusticiaꝝ que culpas seuiere puniebat.
Iusticia autem euāgelica habz pietatē
Nam istis duobus officialibus deus
dedit duos cōsiliarios. scilicet misericordiā
veritati. i. pacē iusticie. **Si igit̄** ueritas
bz culpas ingrere misericordia sibi cō
siliū ut videat si fuerit ibi aliqua igno
rancia. ul̄ infirmitas humana. uel tēp/
ratio dyabolica. **Per ista em̄** culpe al
lenari cōsueuerunt. **Cum uero** iusticia
debz culpas punire. pax sibi cōsiliū ut
nō intendat confusioneꝝ. sed t̄m inten/
dat ut hominem recōsiliat deo. pacifi/
cet p̄ximo. i. tranquillet in corde suo.
Mat. xxix. Ego cogito cogitationes
pacis. i. nō afflic. Et sic uerificat̄ qd̄ di
citur i ps̄. **Misericordia** i. ueritas ob
uauerunt sibi. **Secundo** xps̄ osten
dit que sit p̄fecta iusticia. cum ait. **Au/
distis** quia dictum est antiquis. Iusti
cia em̄ scribarum i. phariseoz erat di
minuta quātum ad utrāqz partē iusti
cie. que est declinare a malo. i. facere bo
num. **Quia** em̄ ad p̄mam partem di
minuta erat. qz non cobibebat animū
ab odio. nec linguam a simplici mēda
cio. sed nec a purio. nec manum a uin
dicta. ut p̄z. **Exo. xxi.** in lege talionis.
Iusticia autem euāgelica ē p̄fecta. qz
cobibet animum ab ira. sicut p̄z hic. i.
a concupiscentia. **Ma. v.** Sui uiderit
mulierem ad concupiscentiā eam iam rē
Et a cogitatione mala. **Ma. ix.** Ut qd̄
cogitatis mala in cordibz uestris. **Lo**

hibet etiam linguam nō t̄m a uerbo in
iurioso. sicut p̄z hic. **Dec t̄m** a simplici
mendacio. **Ma. v.** Sit autēz sermo ue
ster est ē. nō nō. **Sed etia** a uerbo ocio
so. **Mat. xii.** De om̄i uerbo ocioso qd̄
locuti fuerint homines reddent rōnem
de eo in die iudicii. **Cobibet etiaꝝ** ma
num a uindicta. ut scz homo nō uindi
cet iniuriam p̄sonalem. **Ma. v.** Si q̄s
te percussit in dexteram maxillam rē.
Dec iniuriam realē. **Unde** sequit̄. et q
uult tecum in iudicio contendere rē.
Dec uolētē extorsionem. **Unde** seq
tur. **Et** quicunqz te angariauerit mille
passus rē. **Erat etiam** diminuta q̄ tuz
ad secundam partem iusticie. que est fa
cere bonū. quia nō tenebant̄ inimicos
diligere. nec p̄ eis orare. nec eis benefa
cere. **Iusticia autem** euāgelica omnia
ista p̄cipit. **Ma. v.** Diligite inimicos
uestros. benefacite his qui oderunt uos.
i. orate. p̄ p̄sequētibz uos. i. ca. **Tercio**
xpus manifestauit que sint signa p̄fec
te iusticie cum ait. **Vade prius** recoñci
ari fratri tuo. **Qualiter** at̄ ista recoñci
liatio sit facienda. oñdit **Crisostomus**
dicens. **Si cogitatu** offendisti. cogita/
tōne recoñcilia. **Si uerbis** offendisti. uer
bis recoñcilia. **Si opibz** offendisti. opi
bus recoñcilia. **Cogitatu** igit̄ siue cor/
de offendit qui aliquem odit. sed t̄nc
eum recoñciliat quādo odium depo
nit. i. ip̄m diligit. **Alias em̄** deus mune
ra nō recipiet. si quis odium corde re
tinet. **Mat. v.** sicut dicit **Crisost.** Nemo
inter duos inimicos. potest esse fidelis
amicus amboꝝ. **Ideo** i. deus nō uult
esse amicus aliquoz. q̄ diu inter se fue
rint inimici. **Nos autem** in quid fidez
deo nō seruamus. si inimicos eius dili
gimus. i. amicos odimus. **Si offendit**

u^{er}bo detrahendo. debz reconciliare fa-
mam restituendo. cuz p^{er}ciosior sit fama
q^u temporalis subst^{an}tia. p^{er} corpus. **S**i
tenet satisfaccere raptor res restituendo.
Si p^{er}secutor emendam offerendo. mul-
to fortius infamator famam restituē-
do. **S**i offendit factis debz reconcilia-
re factis. **A**lter autem scdm Crisosto.
Nisi quem factis lesisti factis placue-
ris. sine causa oras deum. sine causa ele-
mosinaz facis de rebus. quibus alios
spoliasti. **Q**uid em tibi p^{ro}dest si vnus
pro te orat. et alius aduersuz te deum
interpellat.

Sermo secundus.

Offeris munus tuuz ad alta-
re et ibi recordat⁹ fueris. quia
frater tuus habz aliquid ad-
uersum te etc. **C**u in oi ope nostro tria
attendere demus scz honorem dei. edi-
ficat^oem pximi. et meritum nostr^oru.
Deus est tamē tante bonitatis. q^u p^{ro}
respicit ad nostram utilitatem. et p^{ro}
mi edificat^oem. q^u ad suum honorez.
Offerre em munus ad altare ptin^z ad
honorem dei. sed qui illud offert cum
odio pximi. nec habz meritum et scan-
dalisat proximum. **D**ult igit^r deus vt
homo suum intermittat honorem. vt
sic proximo reconciliatus meritoriam
offerat oblat^oem. **C**risost^o. **V**ide mise-
ricordiam dei que respicit plus homi-
num utilitate. q^u suum honorem. **P**l^u
em diligit concordiam fidelium q^u mu-
nera sua. **D**icit ergo **S**i offeris munus
tuum etc. **N**otandum autez q^u est q^u
duplex munus. s. munus a corde. mu-
nus ab ore. munus a manu. mun⁹ ab
obsequio. **M**unus a corde est munus
amoris. q^u intm est deo acceptum. vt
sine illo nullum aliud munus deo pla-

cet. **N**ihil em ualent offerre deo uerba
nostra p gratiarum act^oem. nec cor-
pora nostra p mortificat^oem. **N**ec res
nostras p elemosinarum largit^oem. ni-
si sibi offeramus corda nostra p amo-
rem. **I**stud p^{er} Luc. xviii. **I**n phariseo
q^u videbat offerre deo uerba sua gr^{as}
referendo. dicens **D**eus gr^{as} ago tibi.
Tu
Corpus suuz macerando dicens. **T**u
no bis in sabbato. **R**es suas ministris
dei largiendo dicens. **D**ecimas de om-
nium que possideo. sed nihil sibi pro-
fuit. q^u nō offererat deo cor suū ipm
deum. et pximum diligendo. **N**ō em
deum diligere poterat qui omnes p^{ro}
mos contēnebat dicens. **N**ō sum sicut
ceteri hominum raptores. iniusti adul-
teri. uelut etiam hic publican⁹. **S**ubi-
canus aut^{em} stans pcutiebat pectus suū
etc. **A**ltare sup q^u demus offerre deo
munus amoris. est altitudo trinitatis
de qua dicit **E**xo. xx. **N**on ascendes
ad altare meum p gradus. ne reueletur
turpitude tua. **I**n trinitate em nō sunt
gradus inquiredi. ut p^{er} maior filio. p^{er}
filius minor patre. u^{el} sp^{ir}it^us sanctus mi-
nor utroq^{ue} credat. **U**nd^o **A**rrius istos
gradus facere uoluit. ideo sua turpitu-
do reuelata fuit. quia p os blasphemū
omnia sua interiora emisit. **I**stud igit^r
munus amoris demus offerre sup al-
tare sancte trinitatis. vt scz diligamus
p^{ro}rem qui p suam potētiam nos crea-
uit. **F**ilium qui p suam misericordiaz
nos redemit. **E**t sp^{ir}it^um sanctum qui per
suam gr^{am} nos in filios adoptauit.
Frater autem noster est quilibz xp^{ist}ia-
nus. que si offendimus reconciliare deo of-
ferre nō possum⁹. quia sicut dicitur. i.
Jo. iiii. **S**i quis dixerit qm diligo deū

et fratrem suum odit medax est. **Dicitur**
autem omnes christiani fratres quia omnes
ab uno patre creati uno precio redempti
uno fonte regenerati et ad eandem here
ditatem uocati. **Secundum** est munus ab
ore quod est munus orationis quod est deo
ualde odoriferum. **ps.** Dirigat orationem meam
sicut incensum. **Fumis** incensi est leuis
calidus et odoriferus. **Tunc** igitur oratio est
sicut incensum quando est leuis calida et
odorifera. **Tunc** autem est leuis quando
habet secum humilitatem que sic eam fa
cit leuem quod usque ad celum ipsam dedu
cit. **Eccl. xxxv.** Oratio humiliantis se nu
bes penetrabit. **Tunc** est calida quando
habet secum feruentem caritatem. **Eccl.**
l. Quasi ignis effulgens et thus ardens
in igne. **Thus** quidem ardet in igne quando
oratio fundit a feruenti corde. **Tunc** est
etiam odorifera quando habet secum pu
ritatem. **Apoc. v.** Habentes singuli
citharas et psalteria aureas plenas oli
uorum. **Altare** autem super quod orationes nos
tras deferimus est ipse christus quia per ipsum
omnes orationes offerimus dicentes per
dominum nostrum Iesum christum filium
tuum. **Sicut** enim a sole propter nimiam
distanciam non possumus habere lumen
vel ignem nisi mediante crystallo uel ali
quo simili. **Sic** nec a patre propter suam
nimiam excellentiam aliquam gratiam pos
sumus percipere nisi intercedente media
tore. **Dicit** autem christus altare terrenum
enim et aureum. **De** primo dicit **Exo.**
xx. Altare de terra facietis mihi. **De** se
cundo. **Reg. xvi.** Altare enei erat
coram domino. **De** tercio **Apoc. viii.**
Data sunt ei incensa multa ut adoleret
de orationibus sanctorum super altare aureum
et in christo quidem tres sunt substantie scilicet

caro mortalitati subiecta et quantum ad
hoc fuit altare terrenum anima inuictis
sima et quantum ad hoc fuit altare enei.
Et deitas preciosissima et quantum ad
hoc fuit altare aureum. **Frater** noster
est ipse christus quem si per peccatum offendimus
per ueram confessionem reconciliare debe
mus. **Dicit** autem christus dominus noster
frater noster et minister noster. **Deus** autem
dicitur per sublimitatem frater per equalita
tem minister per inferioritatem. **Christus** igitur
uocat se dominum nostrum ut ostendat
quod sit maior nobis ratione nature diuine.
Io. xii. Vos uocatis me magister et
domine et bene dicitis sum etenim. **Uo**
cat se fratrem nostrum ut ostendat quod sit
equalis nobis ratione nature humane.
Hebr. ii. Non confundit eos fratres uo
care dicens. **Uocabo** fratibus meis
nomen tuum. **Uocat** se ministrum no
strum ut ostendat quod fuit minor nobis
ratione humilitatis profunde. **Luce. xxi.**
Ego autem in medio uestrum sumi sic
qui ministrat. **Tercium** est munus a ma
nu quod consistit in largitione elemosina
rum. **Unde** dicitur de muliere forti. **Pro**
uer. xli. **Danum** suam aperuit inopi
et palmas suas extendit ad pauperes.
Frustra autem mulier fortis manu ap
ret si eam uacuum haberet. **Ideo** dicitur
intelligi quod homo misericors debet ad
pauperes habere manum aptam extensam
et plenam. **Aptam** ut det cito et faciliter
Eccl. iiii. **Cor** inopis ne affligas et ne
protrahas datum angustiati. **Exten**
sam ut det cum uniter. **Sunt** enim quidam
qui uidentur habere manum ad se et ad
suos propinquos tamen reflexam sed etiam
debent ad alios habere extensam. **Lu.**
vi. **Omni** petenti te tribue. **Plenam** ue
ro ut det abundanter. **Job. iiii.** **Si**

multum tibi fuerit habundanter tribue
Altare est cor nostrum sup quod elemo
sine nostre immolant. quando eas faci
mus cum cordis hilaritate. **ii. Coz. ix.**
Hilarem datorem diligit deus. **cu3** cor
dis compassione **Job. xxx.** Compati
ebat anima mea paup. **cu3** cordis re
cta intentone. **Da. v.** Desciat sinistra
tua quid faciat dextera tua. **De isto al
tari cordis nostri dicit Exo. xxxvii.**
Fecit altare thimiamatis de lignis set
him. **Lignum sethim est leue. increma
bile. et imputribile. quia cor nostz no
debz aliquo peccati pōdere p̄graua
ri. nec aliquo igne tribulatonis cōsumi.
nec aliquo fetore peccati corrūpi.** **Fra
tres nostri āgeli sunt. quos tunc offen
dimus. quando eorum inspiratōnibus
nō obedimus. Tunc autem eos recon
ciliamus quando eoz inspiratiōes reci
pimus. et tunc ipi nostras elemosinas
deferunt ante deum. Dicunt autem fra
tres nostri. quia eūdez habemus p̄rem
et ad eādem facti sumus imaginē. et ad
eādem uocati hereditatem. **Quartum
est munus ad obsequio quando scz to
tum corpus nostrum. et totam vitam
nostraz. in dei obsequio mancipamus
Juxta illud Lu. i. Seruiamus dño in
sanctitate. et iusticia corā ipō. omnibz
diebus nostris. Dēmus em̄ seruire dō
cum mundicia cordis. cum iusticia bo
ni opis. cum rectitudine intentōnis. et
cum longanimitate finalis intentōnis
et cōsummatōnis. **Altare est fides. quia
nisi opa nostra in fide opent̄. inutilia
reputant. Hebr. xi. Sine fide impossi
bile ē placere deo. **Frater noster ē spūs
quem tunc offendimus. quando sensua
litate sibi p̄ponimus. Tunc autē eū
reconciliamus quando sensualitatē sibi********

subiciamus. **Deus quidē in domo ani
me nostre posuit fratrem et sororez. vi
rum et uxorem. dominā et ancillaz. id ē
rationem et sensualitatez. ut scilicet ratio
sensualitatem instruat tanquā frater
sororem suam. et eam corrigat tanquā
vir uxorem suam. et eam sibi subiciat
tanquā dñā ancillam suā.**

O **S**ermo tercius vnde supra.
Omnis qui irascit̄ fratri suo re
us erit iudicio. **Scdm̄ bñm̄ Au
gustinum de ciui. dei. urz ira
et ceterae anime passionēs cadant in sa
pientem. aliter sentiunt Stoici. aliter pa
ripaterici. aliter xp̄iant. Stoici em̄ di
cunt h̄mōi passionēs nō cadere in sapi
entem. **Quis em̄ quādoq; aliqua susti
neat aduersa. tamen in ipis retinet fir
mum animū et constātem. Vnde refert
Seneca de Socrate. q̄ potōnez veneni
sibi iniuste oblatam tanquā medicamētū
immortalitatis bibit. et de aīe immor
talitate diu disputans. potōnem illaz
letus et bibēs hausit. **Paripaterici ve
ro dicunt. has passionēs in sapientē ca
dere. sed moderatas rōniq; subiectas.
Et ponit exemplum Seneca de Xeno
phonte rege. qui audita filii morte do
lens coronam de capite deposuit. **Et
audito q̄ fortiter pugnado occubuit.
depositam coronam resumpsit. dicens
se magis gaudere de filii virtute q̄ de
morte dolere. **In disciplina autē xp̄ia
na. vt in eodem li. Aug. de ciui. dei. di
cit. **Nō querit utru3 pius animus iras
catur aut tristet. sed vnde. **Da ut ideoz
dicit in li. retractatōnum. **Aliud ē iras
ci fratri. aliud culpe fratris. **Non em̄
fratri irascit̄. qui pctō fratris irascit̄.
Dicit ergo. **Omnis qui irascitur fratri
suo rē. Sicut in quolibet pctō potest********************

esse gradus culpe ita et pena. **N**ā eodē genere peccati pōt quis aliquādo peccare grauiter aliquando grauius aliquando grauissime. **S**imilis gradus etiam est in pena. et illud ostēdit dominus in peccato ire. et habet tres gradus. **P**rimus est quādo ira tū est in animo. et nota tur euz dicit. **O**mnis qui irascit fratri suo. **S**ecundus quādo manifestat in exteriori signo. quō notat cum dicitur. **S**ui autē dixerit fratri suo racha. et c. **E**st autem racha scōm Remigium hebraicum. et est interiectō indignātis. **V**el cum diceret a dolēte heu. ab irascēte bem. a cadente a a. **T**ercius quādo manifestat in cōtumelioso verbo. quō notat cum dicit. **S**ui autē dixerit fratri suo faue. **D**e isto triplici gradu sic dicit **Aug.** et **Beda.** **I**n primo est unum scz ira sola. **I**n scōdo sunt duo scz ira et vox. que irā significant. **I**n tercio sunt tria scz ira. vox et in voce vitupatōis expfio. **S**icut autem est gradus in culpa ita et in pena que expmitur nomine iudicii. **C**oncilium et gebēne. **P**er que tria pena infernalis intelligit. **S**ed nomine iudicii intelligit pena grauis. quā debet prime ire. **I**n iudicio em causa discutitur. et adhuc locus est defensionis. et nō tunc reus est in piculo graui. **D**omine concilium intelligit pena grauior. quā debetur secunde ire. **I**n concilio em cause sentētia diffinit. adhuc tamē pena differtur et locum habet dilatio. et tunc reus est in piculo grauior. **D**omine gebēne ignis intelligit que ē pena grauissima que debet tercie ire. **T**unc enim datur sententia diffinitiuā. nec locum habet defensio vel dilatio. et tunc reus est in piculo grauissimo. **I**llud autem totū intelligit de ira deliberata que odium

nuncupat. **E**st igitur primus gradus ire quando est in animo. scōm autem **Damasce.** **I**ra est accētio sanguinis circa cor. **I**sta autem accētio quadrupliciter fit. **I**n aliquibus em ignis iracundie cito accendit et cito extinguit. **I**sti secundum **Grego.** sunt similes siccis arboribus in quibus ignis cito accendit et cito extinguit. **I**sti sunt ceteris deteriores. et sunt similes teste que dum adhuc recens est facilis est ad recipiēduz. sed igne adusta difficilis ad pēdendū. **I**n aliis tarde accendit. et tarde refrigeratur. **I**sti secundum **Grego.** similes sunt lignis grossioribus. in quibus ignis tardius accendit et tardius extinguit. **I**n aliis vero ignis iracundie tardius accendit et cito refrigerat. **I**n aliis ignis iracundie cito accendit et tarde extinguit. **I**sti sunt ceteris meliores. d. quibus dicit **pphā.** **I**rascimini et nolite peccare. **P**ena huius ire prout est in animo est iudicium. **T**alē em ad iudicium citabit. **E**t qualiter illud pceptum diliges proximum tuuz si cut teipm seruauerit requiret. et inuenietur. quō dilexerit eum minusquā sua. quia bona sua sibi nō cōmunicauerit. **D**iligit minusquā suos. quia ppinquis suis tū bñ fecit. et minusquā se. quia corpus suuz salutē anime fratris pposuit. **S**ecundus gradus est quādo ira est in signo. **S**igna autem odii sunt locutionem subtrahere. faciem auertere. et hōmō. **S**ui autē vexillum tirāni occulte habet in castro. huius castroz sit iam captum. nō tamē apparet captio nisi quādo erigit. **S**ic et quādo odium latet in animo captus est homo a dyabolo. **S**ed tamen eius captō nō videt nisi quādo signa odii manifestant. **P**ena huius ire ē consiliuz. quia cōtra tales in consilio sancte tri //

nitatis sentētia dicitur / qz sicut fecit
aliis sic fiat sibi. Quia em̄ contra pxi-
mum habuit signum rancoris. ideo cō-
tra ip̄m signa ire sue ostēdit deusa to-
tus angeloꝝ exercitus ⁊ sanctoꝝ cet̄.
Signum magne ire dei erit. quia tales
de tormentis nō liberabunt. immo si
oīms sancti. p̄ eis orarent illi nō libera-
rentur. **Hiere. vii.** Noli orare p̄ popu-
lo hoc. ⁊ ne assumas p̄ eis laudem ⁊ o-
rōnem. ⁊ nō obsistas mihi. quia nō ex-
audiam te. **S**ignum magne ire angelo-
rum erit. quia ip̄os igni eterno tradēt.
Mat. xii. Dixerit filius hominis āge-
los suos. ⁊ colligent de regno eius om-
nia scandala. ⁊ mittent eos in caminuz
ignis. **S**ignum ire magne sanctoꝝ erit.
quia modicum suffragium eis nō im-
pendēt. sicut p̄ in diuite epulone. **Cer-
cus** gradus est quādo ira est in cōtu-
melioso verbo. vocando sc̄z faruū fra-
trem suuz. **V**idet̄ autem q̄ xp̄s ⁊ apo-
stolus oīra hoc fecerunt. xp̄s em̄ disci-
pulos suos stultos vocauit dicens. **Lu-
ce vlti.** O stulti ⁊ tardi cord. ⁊c. **Apo-
st. Gal. iiii.** O insensati galat. **S**ed sci-
endum q̄ sicut dicit **V**idorus in li. de
summo bono. quadripartita ē loquēdi
rō. ul̄ quia bonum bene. ul̄ malū male.
seu bonum male. seu malum bene. p̄fer-
tur. **B**onuz quippe bene loquitur. qui ea
q̄ recta sunt humilr annūciare uidetur.
Maluz male loquit̄ qui quodlibz fla-
gicium suadere conat̄. **B**onuz male lo-
quit̄ q̄ rectum aliqd̄ arrogāter p̄dica-
re sentitur. **M**aluz bene loquit̄ qui al-
quod narrando uicium detestatur. ut
ab eo homines auertant̄. **X**p̄s igitur
⁊ apostoloꝝ uocauerūt illos stultos nō
ut cōfunderēt. sed ut corrigerēt. **P**ena
que debet huic ire ē gebēna ignis. dicit̄

tur autēz gebēna. a geos qd̄ est terra ⁊
hennos qd̄ est p̄fundum. quia infern̄
est in p̄fundo. i. in centro terre. **E**t tal-
locus competit p̄ctōribus p̄pter elon-
gatōnem. obscuritatem ⁊ frigiditatem.
Nullus em̄ locus tm̄ distat a celo q̄tm̄
medium terre. **I**deo dignum est ut sic
homo elongauit se a deo p̄ p̄ctm̄. Sic
etiam elongetur a celo p̄ nouissimū lo-
cum. **N**ullus locus est obscurior q̄ me-
dium terre. ideo dignuz est ut q̄ dilere-
runt opa obscura tenebraruz. teneatur
in locis obscuris penaz. **N**ullus locuz
est frigidior q̄ medium terre. ideo dig-
num est ut p̄ctōres qui fuerunt frigidī
in dei amore. semp̄ stridant dētibz p̄
nimio frigore. **P**otest autē addi quar-
tus gradus sc̄z ire. quādo est p̄ iniurio-
so facto ul̄ uerbo. quod notatur cū di-
citur **A**udistis. quia dicit̄ ē antiquus
Nō occides. **I**stud autem homicidū
multis modis cōmittitur. **H**omo qui
dem habz tres res. sc̄z corpus. animam
⁊ famam. **C**ōmittit igitur q̄s homici-
dium q̄tm̄ ad res ip̄as. in recipiēdo
Ecc̄. xxxiiii. **P**anis egentū uita pau-
pis est. qui defraudat illum homo san-
guinis est. quātum ad corpus non tm̄
gladio necando. sed etiam necessitatis
tempore nō subueniēdo. **A**mbro. **P**as-
ce fame moriētem. si nō pauisti occidi-
sti. quātum ad animaz tripliciter. **A**ut
malum exemplum prebendo. **Rō. xiiii.**
Noli cibo tuo illuz p̄dere. p̄ quo xp̄s
mortuus est. **A**ut ueritatem uice tacen-
do. **Gre. Tot occidimz quot ad mor-
tem ire tepidi tacentesqz uidemus. Aut
p̄ctm̄ mortale cōmittēdo. Sapien. xvi.**
Occidit homo p̄ maliciaz animā. quā-
tum ad famā detrahēdo. **Ecc̄. xxviii.**
Flagelli plaga liuorem facit. **P**laga

lingue cōminuit ossa. **P**ena huius ire
est iudiciū illud. scz de quo dicit **Ma.**
xxvi. Omnis qui accipit gladium gla
dio pibit. **I**ste autem gladij faciet in
damnatis triplicem mortem iuxta illd
Ezechie. xxi. Duplicet ac triplicet gla
dius interfectoz. **P**rima mors erit qz
igne inextinguibili cremabunt. **I**sta erit
mala. **S**ecundo quia beatorz cōsortio
sepabunt. **I**sta erit peior. **T**ercia quia
dei visione priuabunt. **I**sta erit pesti
ma. **Mat. xii.** **E**xibunt angeli **I**ste
buntur. **I**stud respicit separatōnem a
cōsortio beatorz. **E**t mittent eos in
caminū ignis. illud respicit ignis inextinguibilis cruciatus eternos. **I**bi erit
fletus **I**stridor dentium. illud respicit
dumine iustonia ppetuum damnū. **I**n
sio em dei sanctos letificabit. **I**n amo
rem inflābunt. **E**t quia damnati visi
one dei carebunt. **I**deo sp in fletu erūt
et sp dentibus stridebunt.
Dominica septima post octa. **P**en
tēcostes.

Sermo primus.
Quoniam turba multa esset cū **H**ie
su nec haberent quōd manduca/
rent. **Mat. xii.** **S**icut dicit
Enos. **N**ō est credendum qz turbe sine
viatico ad dominum in solitudine ve
nerunt. sed prima et secunda die omnia
consumperunt. **E**t ideo xps tertia die
omnibus iam consumptis miraculum
fecit. **I**deo autem tam diu secum mane
bat. **I**ste ppter suos infirmos quos sa
nare affectabat. **U**nde dicit **Mat. xv**
Ubi de isto miraculo agit. **A**ccesserūt
ad eum turbe multe habentes cecos et
claudos. **S**ive ppter documenta sa
lutaria q ab eo audiebāt. **S**ive ppter
exempla sanctitatis q in ipso videbāt

Iste due cause ultime ponunt in glosa.
Mat. xv. **S**uia igit turbe iam triduo
cum eo fuerant et alimēta nō habebāt.
xps illud cōuiuium eis fecit qd qdem
Cōuiuium cōmendabile ē ex parte xpi
facientis. ex parte cōuiuarum. et ex par
te ministrātorz. **E**x parte igit xpi tria
cōmendabilia fuerunt. **P**rimo humili
tas in cōferendo cum dicit. **C**ōuocati
discipulis. **G**lo. sup **Mat. xv.** **C**on
uocat discipulos. **U**t doceat maiores
minoribz sua cōsilia cōmunicare. **P**ōt
autem circa cōsilia triplex esse respben/
sio. **O**na ex parte petentis cōsiliū qn
habz intellectum nimis supbum. **A**lia
ex parte dātis quādo nō habz sensuz
prouidum nec animum iustum. **T**ercō
ex parte rei de qua petit. quādo nō bz
decētem titulum. **D**ebz igit in illo qui
petit cōsiliū. esse mens humilisa mā
suetā. ut scz suo sensui nō nimis credat.
qd est contra multos qui credunt sibi
sufficere et cōsiliis nō indigere. **B**erū.
Omnia illi desunt qui sibi nihil decē pu
tat. **Aug.** **U**bi dixisti sufficit. tibi defeci
sti. **U**bi tibi placuisti. tibi pusti. **P**rouer
bioz. **xxvi.** **V**idisti hominem sapien
tem sibi videri. magis spem illo habe
bit insipiens. **I**n illo autē qui dat cō
siliū debz esse discretio prouida. **I**n
concussa iusticia **A**mbro. in li. de offi.
Secure salutem nostram illi viro com
mittimus. qui sic iustus et prudens. **F**a
cit em iusticia ut nullus sit fraudis me
tus. **F**acit prudentia ut nulla erroris
suspicio sit. **I**n causa de qua petit. dēt
esse utilitas et necessitas. quia nō debet
cōsiliū peti de rebus supuacuis. **E**ccē.
iii. **I**n supuacuis rebz noli scrutari ml
tipliciter. **n**ec de rebus vanis ps. **N**ō se
di cum cōsilio uanitatis. **n**ec de rebz

prauis ppetrandis qz sicut dicit **Job**
v. Consilium prauoz dissipat sed de
rebus vtilibus et necessitatibus in. Re.
i. Accipe cōsiliū a me et salua animā
tua. **Secundo** in xp̄o fuit pietas in
patiēdo cum dicit **Miseror sup tur**
bam. olim erant quatuor incōpassibi
lia et dura scz deus angelus celū et mors
Deus em̄ hominē sibi recōsiliare no
lebat. angelus hominē non diligebat.
nec animas deferebat. celum nulluz sus
cipiebat. mors omnes deuorabat et ad
tartara rapiebat. **Sed** mō recessit tota
duricia et aduēit magna misericordia.
Nam in xp̄o tanta pietas fuit. qz ho
minem sibi reconciliavit. **Rōs. v.** Cum
em̄ essemus inimici reconciliati deo su
mus p mortem filii eius. **De** ista sua
pietate effudit in angeluz et eum sic cō
passibilez fecit. qz hoiez deinceps tāqz
suuz ciuem dilexit. et in paradysum aīas
deportauit. unde sup illud **Mat. ult.**
Nolite expauescere. dicit **Grego.** Vos
autem cur expauescitis qui uestros cō
ciues videtis. **Sic** effudit in celū. qz ip̄m
intm̄ flexibile fecit. qz ad omnem iustū
suscipiēdum statim se flectit. **In** cuius
significatiōnem sup **Stephanū** se ape
ruit et eum recepit. **Sic** effudit in mor
tem. qz que prius erat terribilis et dura
facta est dulcis et mansueta. ita qz a ius
tis nō timet sed desiderat. **Phil. i.** De
fiderium habens dissoluit. et eē tuz xp̄o
Tercio in xp̄o fuit liberalitas in satu
rando cum dicit. Manducauerunt et
saturati sunt. **In** pctōribus est fames
continua. Eoz em̄ memoria est fame
lica. quia semp volūt recordari de im
mundicijs pctōrum **Rome. xi.** In mē
tem nobis veniunt cucumeres et pepo
nes porri et cepe et allia. Cucumeres et

pepones sunt dulces et suaves et signifi
cāt pctā suauia. sicut gulā et luxu. **por**
ri cepe et allia sunt acerbā et significant
pctā acerbā. sicut tristitiam iram et in
uidiam. **Item** intelligentia eoz est sal
melica. quia semper volunt inuestigare
curiosa. **Eccē. vii.** Deus dedit hominē
rectum. et ip̄e infinitis se miscuit quēsti
onibus. **Et** voluntas eoz famelica ē
quia semp volunt diligere vana. **ps. 3.**
Ut quid diligitis vanitatez. **et in** su
turo at iste tres potentie saturabuntur
Nam scdm̄ **ber. filij** saturabit intel
ligentiam plenissima cognitiōe. **Spūs**
sanctus volūtatem suauissima dilecti
one. **Pater** memoriam securissima utri
usqz retentiōe. **Secundo** istud cōmuniū
fuit cōmendabile ex parte cōmuniū.
in quibus tria fuerunt qz xp̄m ad misē
ricordiam induxerūt. **Primū** est patiē
tia in sustinēdo. cum dicit **Triduo** sus
tinuit me. **ut** triduo pseuerant mecum
ut dicit **Mat. xv.** Sui vult ergo a do
spūaliter pasci. secum triduo cōmoret
Primus dies est dolor contritiōis. **Se**
cundus pudor cōfessionis. **Tercius** la
bor satisfactiōis. **Istud** ē tridū quo
in desertum penitentie iur. ut deo gra
tum sacrificium offerat. **De** quo dicit
Exo. viii. ult. scdm̄ **Glosam.** Turba tri
duo dominuz sustinet. cum multitudine
fideliū pctā sua p penitētiā decli
nans. ad dominū se in ope in locutiōe
et cogitatiōe conuertit. **De** primo dicit
vi. Sicut exhibuistis membra uestra s
uire immundicie et iniquitati ad iniq
tatem etc. **De** scdo. i. **Regū. ii.** Recedāt
uetera de ore v̄ro etc. **De** terco. **Ephē**
ii. Renouamini spū mentis uestre. etc.
Scdm̄ qd xp̄um ad misericordiam in
duxit fuit labor in veniēdo. cum dicit

Quidam autem ex ip[s]is de longe uen-
runt. sc[ilicet] com[un]e glo[ria] Ad seruitium dei. q[ui]da[m]
ueniunt de p[ro]p[ri]e. Quidam de minus p[ro]p[ri]e.
Quidam de longe. Sui em[en]t integri/
tatem mentis ⁊ corporis seruant de p[ro]p[ri]e
ad deum festinat. qui uero co[n]iugio
uic[er] nullis tamen alijs flagicijs inqui-
nat. de minus p[ro]p[ri]e uenire cognoscitur.
Sui autem post multa flagicia co[n]uer-
titur de lo[n]ge uenire p[ro]bat. Ephe. ii. De
mens euangelisabit pacem uobis qui
longe fuistis. pacem his qui p[ro]p[ri]e. De
cunctum hoc igit[ur] de p[ro]p[ri]e uenit uirgo
braque mentis ⁊ corporis integritatem s[er]u-
auit. De minus p[ro]p[ri]e Elizabeth uirga
ta. q[ui] in suo uirgino honeste uixit. de lo[n]ge
ad galgalena. q[ui] post multa flagicia
ad deum totaliter se co[n]uertit. Terciu[m]
q[ui] xpm ad misericordiam induxit fu-
it uictus deficientia in redeundo. cum
d[icitur]. Si dimisero eos ieiunos in domu[m]
suam deficient in uia. Circa q[ui]d no-
tandum q[uo]d sunt quatuor genera homi-
nu[m] q[ui] difficulter ieiunia ferre possunt.
sc[ilicet] a magna egritudine co[n]ualescentes.
Itinerantes. pueri ⁊ senes. Tales sunt q[ui]
de nouo ad penitenciam ueniunt. ideo
cibo uerbi dei indigent. quia ip[s]i co[n]ua-
luerunt de magna infirmitate peccati.
Hebre. xi. Co[n]ualuerunt de infirmitate
ip[s]i aggressi sunt uia[m] paradisi. ii. Regu[m]
xix. Surge comede grandis em[en]t tibi re-
stat uia. Glo. sup. Mathe. xv. Perit
q[ui] sine celesti pane ad patriam tendit.
Ip[s]i tanq[ui]am pueri sunt recenter in gra[ti]a re-
nati. i. Petri. ii. Quasi mo[n]do geniti infan-
tes sine dolo. lac concupiscite. Ip[s]i q[ui]q[ue]
fuerunt in peccatis inueterati psal. In-
ueteraui inter omnes inimicos meos.
Tercio istud co[m]muniu[m] fuit co[m]medabile
ex parte ministratum. i. ex parte disci-

puloꝝ. Fuit tamen in eis q[ui]dam res
hensibile. quiddam tolerabile. ⁊ q[ui]da[m]
co[m]mendabile. Fuit resphensibile istud.
quod dixerunt. unde istos quis pote-
rit saturare panibus in solitudine. No[n]
em[en]t de hoc debuerunt dubitare. cu[m] pau-
lo ante xps quinq[ue] milia hominum de
q[ui]nq[ue] panibus saturauit. ut habetur su-
pra Jo. vi. Ip[s]e aute[m] domin[us] no[n] eos
inclamauit sed leuiter interrogauit di-
cens. Quot panes h[ab]etis Gal. vi. Vos
qui sp[irit]uales estis. instruite h[om]i[n]i in sp[iritu]
ritu leuitatis. Non dixit in sermone le-
uitatis. nec in disciplina leuitatis. sed
in sp[iritu] leuitatis. Quidam em[en]t corrigendi
sunt in sermone asperitatis. Alii in dis-
ciplina seueritatis. Omnes aut[em] in sp[iritu]
leuitatis. quia q[ui]cumq[ue] sonet in uo-
ce asperitatis. in correctio[n]e seueritas. semp[er]
debet esse in corde tranquillitas. Qua[n]do
autem quidam simplicitate ducunt. Si-
cut erant isti discipuli. tunc tales corri-
gendi sunt cum sermone leuitatis. ⁊ cu[m]
sp[iritu] leuitatis. Secundo fuit in eis quidda[m]
tollerabile. sc[ilicet] quia necessitati uite sue
panes reseruabant. Sed contrariu[m] ui-
detur quod dicit[ur]. Ma. vii. Nolite sol-
liciti esse in crastinum. Sed aliud e[st] ha-
bere sollicitudinem nimiam p[er] qua[m] cele-
stia temporalib[us] postponunt. que e[st] p[er]
hibita. Unde dicit[ur]. Luce. Primum q[ui]te
regnum dei. Aliud est habere. p[er]uide-
tiam qua laborado uite necessaria ac-
quirunt. que est concessa. psal. Labo-
res manuum tuarum. q[ui] manduca. ⁊c.
Ideo labor est exercendus. sollicitudo
tollenda. Aliud est seruare ordinatio[n]e[m]
diuinam qua deus ordinauit. ut p[ro]di-
catorib[us] uerbi dei a subditis ministr[etur]
necessaria. i. Coꝝ. ix. Deus ordina-
uit his qui euangelium annunciant. de

euangelio viuere. vñd dicit Luce. Dignus
est enim oparius mercede sua. Tercio
fuit in eis quiddam commendabile. quia
in distribuendo panes xpo reuerenter
assistebant. ppter qd instrumur. qd p/
latis debemus subici. et in animo eos
nobis humiliter pponendo. et in signo
eis assurgendo. et genua flectendo. et in
ope eis velociter obediendo. Hebre. xiiii
Obedite. Ecce obediētia opis. pposi
tis vestris. Ecce humilitas cordis. qz
debz reputare eos sibi in omnibus esse
platos. et subiaccete eis. Ecce reuerētia
cordis cum signo corporis.

Misereor sup turbam quia ecce
iam triduo sustinent me. Id
est misericordia tantum erat
in celo. vñde psal. Domine in celo mise
ricordia tua. Deinde descendens de ce
lo inclusit se in quodam angulo. i. i iu
deoz populo. ps. Notz in iudea deo.
Deinde effudit se in virginis uterum.
psal. Suscepimus deus misericordiaz
tua. Et eadem diffusa est in vniuerso
mūdo psal. Misericordia domini ple
na est terra. Et sic deus q tm videbat
esse misericors sup turbam angeloz. et
postmodum sup turbā iudeoz. Ad
est misericors sup turbam oim fidelū
ideo dicit Misereor sup turbam. De
illa autem misericordia tria dicuntur.

Primo ponit pmpctudo misericor
die. Secundo causa motiua misericor
die. Tercio effectz misericordie. Prop
ctudo diuine misericordie notatur in
hoc qd dicit. Misereor sup turbā. Pri
mo ponit pmpctudo misericordie.
quā quidem pmpctudinē tria faci
unt. scz proprietas naturalis. potētia
vniuersalis. et expientia singularis. Si
cut em naturalis propetas ignis ē ca/

lesfacere. Sic proprium est dei semp mi
sereri et parcere. Dionisius. Neqz em pro
priū igni est infrigidare. neqz boni nō
bona producere. quia igit misereri est
deo proprium. ideo punire est deo ali
enum nō voluntarium. sed etiaz tardū
et em sic alienū dicit. Psal. xxviii. Ali
enum est opus eius ab eo. hoc loquit
de ope punitōnis. Apis em habz mel
lificare. et hoc est suum officium pro
prium. habz etiam pungere. quādo s.
molestat. et hoc est sibi alienum. Sic et
domin9 quādo dat mel sue misericor/
die facit officium sibi proprium. Quā
do vero adhibz stimulum iusticie facit
officium sibi alienum. Est etiam inuo
luntariū quia inuite punit. Isa. i. Heu
consolabor sup hostibus meis. et vni
dicabor de inimicis meis. ubi dicit qd
More pū patris eos lz inimicos plā
git et pcutit. Est etiam tardum quia si
cut dicit Crisost. Illud qd homo faci
dum naturam facit cito facit. Illud āe
qd cōtra naturā facit tarde facit. Sic et
deus cito facit opus misericordie. qz ē
scdm naturam. Tardē opus iusticie.
quia est contra naturam suam. Rō. ii.
An diuitias bonitatis eius et patientie
et longanimitatis contēntis. Si igitur
opus iusticie est deo alienum inuolū
tarium et tardum. Querit Crisost. sup
Ma. quare ergo punit? et respōdit. qz
compellit. vñde ait. Deus em inuitus
et cum magno dolore compellit pō
res damnare. Non em sic dolet q ipse
ab eis offendat. sed quia violenter co
gitur aliquē pdere qui ones cupit sal
uare. Deinde querit dicens. Cum in po
testate sua deus habeat pdere et salua
re. quis eum inuituz compellit? et respō
dit tu. qui nō desideras misericordiaz

dei. Nam sicut qui desideranti miseri/
cordiaz denegat crudelis est. Sic q nō
desideranti misericordiam pstat inius/
tus est. Deinde terco qrit dicēs. Cuius
est homo q nō desiderat misericordiā
dei. Respondit. Tu qui pmanes i pec/
catis. Desiderare em misericordiā dei
est conuerti ad deum. Ille em deside/
rat misericordiā dei qui timz iram ei.
Sui autem nō timet nō desiderat mise/
ricordiam sed contemnit. Scdm qd fa/
cit deum promptum ad misericordiā
est potentia vniuersalis. qto em quis
est magnanimior tanto ad intelligen/
tiam p̄ior. hoc videmus in animali/
bus. in hominibz. Nam inter anima/
lia ea q sunt nobiliora. ad indulgēdū
sunt magis p̄na. et ecōuerso. Vnde leo
a catulo puocatus se nō vindicat. pp/
ter suam magnanimitatē. et catuli vili/
tatem. Sed si catulus mordet catulum
statim mutuis morsibus se lacerāt. qz
vilia animalia sunt. Similr videmus
q boies magnanimes sunt ad indul/
gentiam faciles. Ambrosi9. Procul a
magnanimis cupiditas vltōis. iu. Re.
xx. Reges domus israhel clemētes sūt.
Ecōuerso autem mulieres. quia sunt
viles. et fragiles. adeo sunt ad iraz. et ad
vindictam faciles. Eccl. xxv. Non est
ira sup iram mulieris. Deus igit cū sit
omnipotēs. nos viles. et inutiles n̄as
iniurias pupendit. et si eas recognosci/
mus statim remittit. et hoc ppter suaz
maiestatem. et nostram utilitatē. psal.
Excelsus dominus. et humilia respicit.
Ac si dicat. quia ipse est excelsus p po/
tentiam maiestati. Ideo humiles respi/
cit oculo pietatis. Sapiē. xi. Misere/
ris omnium. quia omnia potes. Ac si di/
cat. quia tu habes potentiam vniuer/
-

salem. ideo habes misericordiam gene/
ralem. Et in isto sensu loquit ecclesia.
Deus qui omnipotētiam tuā p̄cendo
maxime. et miserando manifestas. Ter/
cium qd facit deum p̄mptum ad mi/
sericordiam. est experientia singularis.
Dolestiam em morbi medicus trib9
modis scire potest. Aliquādo p suam
sciētiam theoreticam. et tunc est infirmo
multum misericors. Aliquādo p quan/
dam practicam. et exercitōnez longā.
et tunc ē magis misericors. Aliquādo
p xp̄ientiam quādo in pp̄ria p̄sona
infirmitates plurimas exptus est. et tūc
est maxime misericors. et ideo bonuz ē
ut ipi aliquādo infirmēt. ut infirmis
melius compatiant. Sed si esset aliqs
medicus q essz bonus theoretic9. bon9
practic9. et infirmitates essz exptus. iste
adhuc essz magis misericors. Des igit
ante incarnatōem infirmitates nostras.
corporales. et sp̄iales cognoscebat per
eternam sapiētiam. quasi p quādā the/
oricam. et ideo tanqz p̄ benignissim9
multum erat misericors. psal. Quomō
miseret p̄ filioz. misertus est domin9
timētium se. qm ipse cognouit figmen/
tum nostz. Recordatus est quoniam
pulis sumus. et homo sicut fenum. et c.
Post incarnatōem autē sciuit p quā/
dam practicam. et exercitōnem longā.
qua. xxxiii. annis circa nostras infir/
mitates sanandas. tam corporales qz
sp̄iales practicauit. et se exercitauit. et
sic fuit magis misericors. Act. x. Sui p
transiit bñfacciēdo. et sanando ones op/
pressos a diabolo. et c. Et sicut medic9
multum contristaret. q circa aliquē in/
firmum diu se exercitassz. et nihil pdes/
set. ita xp̄s. psal. Contristatus sum in
exercitacione mea. et conturbatus sum

a uoce inimici ⁊ a tri. pecca. Ac si dicat
de tribus doleo ⁊ constrictor. scz quan
do mea exercitatio nihil ualet ⁊ quan
do vox inimici .i. suggestio dyaboli
plus ualet q̄ mea inspiratio ⁊ quando
ego pctōrem tribulo .i. punio. **T**ādē
sciunt p̄ experiētiaz. quia exptus ē tēp
tatōnes. famem. dolorem ⁊ mortem. et
ideo factus ē maxime misericors. **De**
breo. iiii. **N**ō em̄ habemus pontificez
qui nō possit compati infirmitatibus
nostris. **Heb̄. v.** Didicit ex his que
passus est obedientiā. **S**ecundo poni
tur causa motiua huius misericordie.
que quidem fuit deuotio turbe que in
duobus apparet. **P**rimo in hoc q̄ de
longe ueniebant. illi de longe ad xpm
ueniunt q̄ de peccatis multis ⁊ magnis
ad deum se cōuertunt. **S**unt autem q̄
dam q̄ timore peccant p̄ infirmitatem
humanā. sicut Petrus qui timore mor
tis xpm negauit. **I**sti ueniunt de lōge
Ali p̄ ignorātiā sicut Saul. **i. Thi.**
i. Ignorans feci in incredulitate. **I**sti
ueniunt magis de longe. maxime q̄n̄ ē
affectata ignorantia. **Al**i p̄ certā ma
liciam. Sicut Dauid. qui adulteriū cō
misit. isti adhuc ueniunt magis de lon
ge. **S**ecdo apparet eoz deuotio. in hoc
q̄ triduo secū manebant. **P**rima dies
est cognitio ueri. **S**ecunda ē detestatiō
mali. **T**ercia amor boni. **S**unt autez q̄
dam qui cum xpo nolunt stare nisi p̄
diem. sicut mali xpiani qui habēt cog
nitōnem ueri. ⁊ fidem veram. sed tamē
neq̄ malum odiunt nec bonum faciūt.
Thi. i. Confitent̄ se nosse deum factis
autem negant. **Al**i autem sunt q̄ stāt se
cum tm̄ biduo. sicut desides ⁊ otiosi q̄
lz habeant cognitōnem ueri ⁊ detestati
onem mali. tamen nō habent amorē ⁊

opatōnem boni. de quibz dicit **Lu. iiii.**
Omnis arbor nō faciens fructum bo
num excidet ⁊ c. **B**oni autem stant cū
eo triduo. quia deum p̄ fidem cognof
cunt. ⁊ malum fugiūt. ⁊ bonum faciūt.
de isto triduo dicit **Gen. xli.** **T**res em̄
dies sunt post quos recordabit̄ p̄ha
rao ministeriū tuū ⁊ restituet te i gradu
p̄stimum. dabitq̄ ei calicem. **Ex** his
uerbis habet̄ q̄ isti tres dies acquirunt
nobis dei memoriaz. mansiōne eternā
⁊ deo faciunt magnam leticiāz. **T**ercō
ponit̄ efficaciam misericordie q̄ fuit sal
turatio turbe. **D**istinguit autem glo
sup **Adā. xv.** **S**uatuor tēpora scz aē
legem. sub lege. sub gra. ⁊ in gra. **I**n p̄
mo fuit satietas nulla nec in intellectu
quia deum nō cognoscebant. nec in af
fectu qz iustificari nō poterāt. **E**phē.
ii. **T**enebris obscuratum habentes in
tellectum. quo ad primū. **I**n secundo tēpo
re fuit satietas semiplena quia intellec
tus est refocillatus p̄ legē. quo ad cog
nitōnem. **S**ed affectus remansit uacū
quo ad iustificatōnem. **Rōs. iiii.** **P**er le
gem cognitio peccati quo ad p̄mum.
Nunc autem sine lege iustificatio quo
ad secundum. **I**n tercio tempore est sal
tietas plena. quia satiatus est intellec
tus cognitōne. ⁊ affectus gr̄e plenitudi
ne. **Jo. i.** **G**ratia ⁊ ueritas p̄ hiesuz cri
stum facta est. **I**n futuro erit satietas
plenissima. quia totus homo saturabi
tur. tam interior. q̄ intellectus saturabi
tur in apta dei uisione. ⁊ affectus imp
fecta dei dilectione. q̄ exterior. quia sa
turabit̄ oculus in uidendo. oculo ad
oculum faciem xpi. auris in audiendo
uocem xpi. olfactus in sentiēdo odo
rem xpi. **N**s in loquēdo ore ad os cū

ore xpi. **M**anus in amplexando vesti
gia xpi.

Sermo tercius.

Capiens dominus septem pa
nes gr̄as agens fregit ꝛc. Cuz
homo tripliciter cōsiderat. s.
quātum ad corpꝫ quātum ad animā
ꝛ quātum ad vtrumqꝫ cōiunctum. Ad
deus triplicem cibuz sibi p̄parauit. scz
corporalem quo corpus reficit. spūa
lem quo anima nutrit. ꝛ celestem quo
totus homo beatificat. **C**onuiuiū autē
corporale tm̄ xps bis in hac vita fecit
scz hic de septem panibus ꝛ supra de
quinqꝫ panibus. **C**onuiuium autem spi
rituale multoties fecit. Nam quoties
predicauit. totiens alimēta spūalia tri
buebat. **A**ug. Nō est magnum pasce
re ueteres cibo morietes v̄l mortuos.
Sed magnum est pascere animas ineter
num uicturas. **C**onuiuium autē celeste
tm̄ semel faciet qꝫ tamen nunqꝫ finez ac
cipiet. **D**e quo dicit. **L**u. xxii. **E**datis
ꝛ bibatis sup̄ mensam meam in regno
meo. **I**stud igit̄ cōuiuium corporale
significare p̄t̄ spūale ꝛ celeste. **I**n isto
autem cōuiuiō ponunt̄ tres differētie
p̄sonaz. scz xps. turbe. ꝛ discipuli. **I**n
xpo autē duo fuerunt scz magna mi
sericordia. cuz dicit. **M**isereor sup̄ tur
bam. **E**t magna potentia. quia panes
multiplicauit. **M**isericordia autē dei
dicit̄ magna quatuor modis. **M**ag
num em̄ aliqd̄ quadrupliciter dici po
test. **A**ut altitudine sicut arbor. p̄cera.
dicit̄ magna. **A**ut p̄funditate sicut pu
tus. p̄fundus dicit̄ magnus. **A**ut lati
tudine sicut platea dicit̄ lata magna.
Aut longitudine sicut via longa dicit̄
magna. **E**isdem modis misericordia di
magna vocat̄. **E**st em̄ tam alta qꝫ in

celum ascendit. ꝛ sanctos super merita
remunerari facit. **P**sal. **M**agnificata ē
usqꝫ ad celos misericordia tua. **T**ā p̄
funda qꝫ usqꝫ in infernum descendit. ꝛ
sanctos patres inde eduxit. **P**s. **M**ise
ricordia tua magna est sup̄ me. ꝛ eruisi
animaz meam ex inferno inferiori. **E**st
tam lata. qꝫ in totum mūdum se expā
dit. **P**s. **M**isericordia domini plena ē
terra. **E**st tam longa. qꝫ ab eterno ince
pit. ꝛ usqꝫ in eternum durabit. ꝛc. **P**sal.
Misericordia domini ab eterno ꝛ usqꝫ
in eternū sup̄ timentes se. **S**ecdo in xpo
fuit magna potētia. p̄ quā septem pa
nes sic multiplicauit. qꝫ quator milia
hominum inde satiavit. ꝛ nihilominꝫ
etiam septem sp̄orte superfuerunt ꝛc.
Quert̄ autē **C**risostomꝫ. cum plures
panes fuerūt hic ꝛ pauiores comedē
tes. qꝫ i priori miraculo. quid ē qꝫ pau
ciores reliquie remanserunt. **R**espon
det. **S**uomiam autē hoc fuit qꝫ spor
te sunt maiores qꝫ cophim. **A**ut ex di
uersitate memorant̄. ꝛ illius ꝛ istius mi
raculi. ꝛ p̄pter hoc tūc fecit cophinos
reliquiarum equales discipulis. **N**unc
autē sportas equales panibus. **M**ul
tiplicauit autem b̄ndicendo. frangēdo.
ꝛ gr̄as agendo. p̄ que instrumur qꝫ ci
bum benedicere debemus. **I**lla em̄ b̄n
dictio cibum sanctificat. **T**h. iiii. di
citur de cibo. **S**anctificat̄ p̄ uerbū dei
ꝛ orōem. **D**iabolus ne se immisceat fu
gat. sicut p̄ in sanctimoniali in quam
dyabolus intrauit. quia lactucaꝫ sine
benedictōne comedit. ut ait **G**rego. in
dial. ꝛ salubrem vsum p̄stat. **N**ō em̄ ē
magnum habere rem sed usum rei. **N**ū
Seneca **S**ulto nulla re opus est. nulla
em̄ re scit uti. **S**ecdo multiplicauit frā
gendo. ad innuēdiū qꝫ in n̄ris om̄ibus

Panem paupibus frangere dēmus. ut dicit **Isa. lviii.** Frange esurienti panē tuum. **Tercō** multiplicauit grās agendo. ad innuēdum. q̄ in nostris refectōnibus gratias deo agere dēm. **i. Thi. iiii.** Nihil reiciēdum q̄ cum grārum actōne percipit. **Secūdo** in isto conuiuio fuerunt turbae quibus duo fuerūt. scilicet magna saturitas et humilitas. **Humilitas** que notat in hoc. q̄ sup̄ terram sederunt. p̄ q̄d significat contemptus terrenoz. quē debent illi habere qui a domino volunt pasci. **Quidam** autē stāt infra terram. sicut auari qui habēt terram sup̄ caput suum. **Amos. ix.** Auaricia in capite omnīū plateat. **Alii** stāt sup̄ terram sicut p̄fecti. q̄ terrenis omnibus dominant. iuxta illud. **Mat. xix.** Si vis p̄fectus eē uade et uēde oīa. **Alii** nec sunt infra terraz p̄ cupiditatē. nec sup̄ terram p̄ omnimodam paupertatem. sed stant in terra p̄ terrenoz amīnistratōnē. **Tales** fuerunt parentes beate **Marię** qui res suas in tres partes diuidebant. **Unam** seruitoribus templi dabant. **Aliam** paupibus distribuēbant. **Terciam** sibi ex familie sue uisibus reseruabāt. **Secūdo** in turbis fuit magna satietas. **Unde** dicit. **Manducauerunt et saturati sunt.** **Habuerūt** em̄ tria p̄ que saturari merito debuerunt. **Primo** habuerunt stomachuz vacuū. q̄d notat p̄ hoc q̄d dicit. **Nō** hnt q̄d manducant. **Stomachus** em̄ plenus fastidit. **vacuz** appetit. **Sic** et quādo stomachus anime plenus est siliquis porcorum. fastidit dulcedinem celestium. **Prover. xxvii.** Anima saturata calcabit fauū. **Quādo** em̄ homo uacuat amore mundi. impletur amore dei. **Aug.** **Vas** es sed plenus es. funde q̄d habes

ut recipias q̄d nō habes. **funde** amorē seculi ut implearis amore dei. **Secundo** habuerunt stomachū a noxiis humoribus expurgatuz. q̄d notat p̄ hoc q̄ priusq̄ eos pasceret ipos sanauit. ut habetur. **Mat. xv. Glo.** ibidem. **Priusq̄** dominus aufert infirmitatez et postea cibatur. quia prius p̄cā sunt remouēda. et uerbis dei postea anima mouēda. **Sue** autem sunt ille infirmities dicitur ibidē. **Accesserūt** ad eū turbae multę. **bēntes** claudos. cecos. debiles. multos. et curauit eos. **Ab** istis infirmitatibus tanq̄ a malis humoribus stomachus anime est purganduz. q̄ sunt claudicatio p̄ deuia uictorum. **cecitas** ad cognoscēdum deum. **Debilitas** ad faciendū bonum. **Mutitas** ad laudandū deū. **Dicit** in **Glo.** sup̄ illud ps̄. **Bullis** coruoz inuocantibus eum. q̄ quādiu pulli coruoz sunt albi pascuntur rore celesti. quādo uero nigrescere incipiunt corui parentes eos pascunt. **Sic** etiam anima alba p̄ puritatez pascitur a deo. **Nigra** p̄ iniquitatez pascitur a diabolo. **Tercō** habuerunt palatum sapidum. **intm̄** em̄ uerba xpi eis sapiebant q̄ ab eo recedere nesciebant. **Et** iā triduo cum eo manserant. **Unde** poterant dicere cum psal. **Et** dulcia faucibus me. **elo. rē.** **ps** ergo nō pascit illos qui habent palatum inspidum. **celestia** nō sapiendo. **et** amarum diligendo terrena. **Sed** qui habent palatum sapidum diligendo celestia. **Unde** in huius significationem dicit de aquila. q̄ non pascit pullos illos q̄ respiciunt uersus terram. **sed** q̄ respiciunt uersus celum. **Et** in isto conuiuio fuerunt discipuli. **et** sollicitudo. **puidā** discipuli em̄ fue-

runt mediatores inter xpm et populū.
quia xps nō dabat panes turbe s; discipulis; discipuli turbe dabant. et sic
p; q; ibi fuerunt duo sc; dans et nō re-
cipiens sc; xps recipiens et dans sicut
discipuli. Recipiens tm̄ et nō dans sc;
turba. p; qd̄ dat̄ intelligi q; ille ordo
in ecclia militanti deb; seruari. Est em̄
ecclia spūale celum et corpus mysticum.
In celo autem est qd̄dam corpus qd̄
illuminat sed nō illuminat. sicut sol. et
significat xpm q; lumen sapiētie a nul-
lo recipit et aliis infundit. Aliud qd̄ il-
luminat et illuminat. sicut luna. q; reci-
pit lumen suum a sole. et illuminat ista
inferiora. et significat platos q; illumi-
nant a xpo. illuminat subditos. Aliud
qd̄ illuminat et nō illuminat. sicut fir-
mamentum. quod de se nō illuminat.
sed a sole luna et stellis illuminat. et sig-
nificat subditos et laicos. quoz ē a p̄-
latus lumen recipere et illuminari. Est et
ecclia corpus mysticū. In corpore at-
humano scdm̄ Auicē. est qd̄dam mē-
brū. quod influit et recipit. sicut vene-
et significat platos. Quoddaz qd̄ recipit
et nō influit. sicut caro. et designat sub-
ditos. Secundo fuit in discipulis sol-
licitudo. p̄uidā. in hoc q; fragmenta
colligunt ut paupibus darēt. Voluit
autē xps ut colligerent̄ triplici de cā.
Primo ppter̄ mysteriū. qd̄ qd̄ tangit̄
in glo. sup̄ Mat. xv. Propter̄ altiora
inque mysteria. que nō capit cōis tur-
ba apostoli sustollunt et implēt septē
sportas. i. pfectoz corda septiformi
sancti spūs gr̄a ad intelligēdum illuz/
trata. Secundo ppter̄ exemplū. in hoc
em̄ dat̄ nobis exemplū ut ea q; nobis
sup̄sunt. ut que ieiunando nobis sub-
trahimus paupibus erogemus. Aug.

De tuo ieiunio fames paupis satiet.
Idē. Si ieiunare nō potes magis pas-
cas paupem. cui; saturitate tibi venia
cōcedit Hiero. Qd̄ manducatur; eras
si nō ieiunares. da paupib; ut ieiuniū
tuum sic saturitas anime. nō marsupii
lucrum. Secō propter̄ documētū. ut
ex hoc instruamur. q; illis q; sunt pau-
pibus misericordes. bona temporalia
multiplicent. Prouer. xi. Alii diuidūt
propria et ditiores fiunt. Gre. in dial.
Terrene substantie p hoc qd̄ paupib;
distribuimur multiplicant. sicut p; ui-
Reg. xviii. In vidua cui dominus fa-
rinam et oleum multiplicauit. p qd̄ da-
tur intelligi. q; paupes magis pascūt
elemosinarios q; ecōuerso. et spūaliter
eis impetrādo. et t̄paliter bona t̄palia
multiplicando.

Dominica octaua.

Sermo primus.

Atendite a falsis pphetis. qui
ueniunt ad vos in vestimentis
ouium et. Mat. vii. Scdm̄ le-
ges humanas puniēdi sunt falsarii lit-
terarum. regalium et bullarum. falsarii
monetarum. et falsarii ponderum et mē-
surarum. Falsarii l̄rarum. regalium sunt
heretici. qui l̄ras summi regis. i. sacraz
scripturam falsificant. quā etiam filius
dei p quinq; bullas. i. per qnq; vulne-
ra roborauit. quas bullas heretici fal-
sificant dum xpm nō vere passum sed
fantastice fuisse affirmant. Falsarii mo-
netarū sunt ypocrite. Moneta em̄ re-
gis celestis sunt orōnes. ieiunia. et ele-
mosine. que ipsi falsa faciunt. quia in
his nō intendunt honorem dei sed fa-
uorem populū. Falsarii ponderū sunt
mali plati. de quibus dicit Mat. xxii.
Alligant onera graua et importabilia.

et imponunt in humeros hominum. et.
Falsarii mensuraz. sunt mali subditi. q
cum deo male mesurāt. quia dant sibi
res temporales et diabolo seipos. **He**
retici igit sunt falsarii scripturaz et bullaz
dei. ipocrite monete dei. **M**ali christiani
sive sint prelati. sive subditi ponderuz et
mensurarum dei. **A**b istis tribus falsa
rus dominus nos attendere admonet
dicens. **A**tendite a falsis prophetis. et.
Primo igit falsi prophete sunt heretici.
de quibus tria tangunt. **P**rimo eorum
fraudulencia cum dicit. **V**eniunt ad vos
in uestimentis ouium. **I**sta autem uestimenta tri
plex est. scilicet simulata locutio. simulata conuer
satio. et simulata operatio. **P**rima igit est
simulata locutio. **L**upus quidem ut di
citur in li. de animalibus. **A**liquando
fingit vocem canis ut non lupus sed ca
nis esse credat. **C**anes dei sunt predica
tores. qui habent linguam medicinalem
ps. **L**ingua. ca. tu. et. **H**eretici aliquan
do fingunt se habere uerba predicatorum
dicentes aliqua uera. ut sic trabant ad
falsa. **R**o. xvi. **P**er dulces sermones et
benedictiones seducunt corda innocen
tum. ideo **A**poca. ix. **A**ssimulant scor
pionibus. quia in facie. id est in principio
dicunt uerba blanda. sed in cauda pin
gunt quia in fine dicunt uerba uenena
ta. **A**ug. **V**estimenta ouium sunt blanda
uerba. **G**lo. **H**eretici quadam pietatis
ueste tecti uenenato animo rapaces sunt
lupi. **S**ecunda uestis est simulata con
uersatio. quia pretendunt magnam man
suetudinem. **D**icit in li. de animalibus.
quod lupus aliquando emittit uoces huma
nas. ut non lupus sed homo uideat. **S**ic
heretici pretendunt se habere conuersatio
nem humanam. id est humilem et mansuetam.
Homo enim essentialiter est animal man

suetum. rationale. et mortale. quia heretici
simulant se habere mansuetam discreti
onem. et quod habeant desiderium mori
di. ideo assimulant sepulcris dealbati
ut dicit **M**at. xxiii. **Q**uia exterius ui
dent esse depicti decore uirtutum. sed
intus sunt pleni sunt spurcia peccatorum
et uicioz. **T**ercia uestis est simulata cle
peratio. sicut sunt icunia. orationes et
mosine. sub quibus malicia suam tegit.
Legit. quod lupus subtus uenientes ad car
se abscondit. ut oues uenientes ad car
pendum rapiat et occidat. **F**olia uiren
tia sunt sanctorum uirorum opera in carita
te facta. sub quibus heretici se abscondit
dum hec eadem faciunt ut simplices de
cipiant. ii. **T**hi. iii. **H**abentes quidem abne
ciam pietatis. uirtutem autem eius abne
gantes. **I**deo assimulant ueneficis qui
dum uenena offerunt melle inuolunt.
Secundo ponit eorum se uicia cum dicit. **I**n
trinsecus autem sunt lupi rapaces. uel
secundum **G**lo. spiritualiter corrumpendo.
Uel si possunt corporaliter persequendo. ut
petz in arrio cuius consilio omnes episcopi
catholici in exilium suum missi. ut
vix tres inuenirent qui fidem defende
rent. **A**ct. xx. **S**cio quod intrabunt post di
cessum meum lupi rapaces in uos. et.
Contra tales lupos necessarii sunt ca
nes latrantes. **R**efert **P**etri manduca
tor. **Q**uod dum **P**hilippus rex macedo
obsideret athenas dixit eis. date mibi
decem oratores quos ex uobis eleget
ro. et confederatus recedam. **R**espondet
Demostenes peritissimus orator. **L**u
pi dixerunt pastoribus. **T**ota causa dis
cordie inter nos et uos sunt canes. sed
date nobis canes et erimus amici. **S**ed
cum fecissent dormientibus pastoribus.
lupi in gregem ad libitum descenderunt.

Ex quo patet quod magnum periculum est quoniam canes id est predicatorum gregem deserunt et latrare negligunt. **Isa. lvi.** Canes muti non valentes latrare. Sicut enim mansuetudo in homine est laudabilis et ira vituperabilis sic e converso in cane. **Dio.** **Quia** fuerit in omnibus factus canis iam non est canis. **Tercio** ponitur eorum noticia cum dicitur. **A** fructibus eorum cognoscetis eos. **Non** enim cognoscuntur a vestimentis simulati sed a fructibus aptis quae sunt tres. **Primus** est doctrina pestifera quia dicitur dyabolum esse creatorem omnium visibilium et multa talia dyabolica et peruersa. **Job. xii.** Ostendam vos fabricatores esse mendacium et cultores peruersorum dogmatum. **Secundus** est similitudo vitae. **Cultum** enim intendunt illis per quem possunt reputari sancti. Sicut ex terminatone faciei et plenitudine orationum. **Mat. vi.** Exterminat enim facies suas. **Eiusdem. xii.** Deuorant domos vicinarum sub obtentu plenae orationis. **Tertius** est plures impia quia omnes creditus ab eis geniti sunt usurarii peruari et multis sceleribus pleni. **Sapient. iiii.** Ex iniquis omnes filii qui nascuntur testes sunt nequiciae aduersus parentes suos. **Secundo** falsi prophetae sunt ypocrite et isti ecclesiarum periculose impugnant. **Olim** enim passa est bellum tyrannorum sed illud vicit per patientiam patitur cotidie bellum hereticorum sed illud vincit per sapientiam. **Bellum** autem ypocritarum vincere non potest quia occultum et quasi domesticum et quia intestinum. **ideo** promisit dominus attendite. **Crisostomus.** **Ubi** res certa est aspiciat ubi autem incerta est attendit. **id** est caute considerat. **Induunt** enim se vestimentis ouium sed in ieiuniis et orationibus et elemosinis incus autem sunt lupi

rapaces quia malo animo hoc faciunt. **Ubi** potest dici quod fideles sunt vestimentum christi per sal. **Mirra** et gutta et cassia a vesti. **Ab** istis enim vestimentis fluit gutta id est lacrima compunctionis. **Gutta** enim est species aromatica quae lacrimis stillat. **Fluit** cassia id est pudor confessionis. **Cassia** enim habet folia purpurea et significat pudorem confessionis. **Fluit** mirra id est labor satisfactoris ubi multiplex amaritudo notat. **Et** quia ypocrite fingunt se aliquando lacrimas fundere confessionem promere satisfactionem assumere ideo difficile cognoscunt. **Dicit** tamen **Crisostomus** super **Mat.** quod lupus tectus pelle ouina per tria cognoscitur scilicet per actum quia dentibus mordet. **Quis** vero neminem moribus ledit per ululatum quod versus celum ululat. **Quis** vero versus terram balat per cibum quia carnibus delectatur. **Quis** vero herbis pascit. **Prode** modo isti ypocrite cognoscuntur. **Primo** per actum quia bonos mordent et eis detrabunt. **Mat. v.** **Ubi** si inuicem morderis et comederis videte ne ab inuicem consumamini. **Ille** qui mordet partem subtrahit et partem relinquit. **Sic** aliqui detractor in parte laudat et in parte vituperat. **Ille** uero qui comedit cibum masticat et incorporat. **Sic** et multi contra aliorum vicia murmurant et tamen eadem faciendo sibi incorporant. **Ille** autem qui consumit nec de pelle nec de carne nec de ossibus aliquid dimittit quia plerique sunt qui condemnant vitam famam et conscientiam aliorum. **Secundo** cognoscitur per vocem. **Crisostomus.** **Sui** uocem humilitatis et vere confessionis emittit quis est qui uero contra ueritatem blasphemat ululat contra deum. **lupus** est per. **In** quitatem in excelsis locuti sunt. **Tercio**

no

cognoscunt p cibum quia boni pasci
tur herbis virentibus .i. celestibus ame
nitatibus Ezechie .xxiii. Requiescent
in herbis virentibus. Mali autem car
nalibus voluptatib9. Rōs. viii. Qui
sunt in carne que carnis sunt sapiunt.
Tercio pphete falsi sunt mali xpiani.
Vestimenta omniū qbus se induunt sunt
opa q de genere bonoz faciunt tamē
quia in mortali hoc faciunt. nihil sibi
ad salutem pficiūt. Sunt em̄ respectu
operum que fiunt in caritate. sicut hō
pictus respectu ueri. Sapiēs. Apud sa
pientem omnia sunt honesta. Apud vul
gus simulachra sunt rerum honestarū
Sunt sicut lignum putridum in nocte
lucidum respectu vere lucis. qui tamē
in die iudicii putrida apparebunt. 1.
Coz. iii. Illuminabit abscondita tene
brarum. **S**unt sicut auricalcū et plū
bū respectu veri auri. Her. Melius
est pallens aurū. q̄ fulgens auricalcuz.
Sunt sicut flores respectu fructuuz et
sicut homo de omnib9 floribus vnius
viridariū nō possz semel refici. sic de q
buscunqz talibus opibus nō possz ad
momentuz paradisi dulcedine satiari. **S**i
cut autem flores fructus pducunt. sic
talita opa ad grām disponunt. Et sic
flores vinearuz bufones fugant. et do
minum vinee recreant. sic talita opa in
quātum disponunt ad grām diabolo
displicēt. et deo. angelis multū placēt.

Dominica secunda vnde supra. S. ij.
Attendite a falsis pphetis. h̄c.
Triples iuenit pphetia. Vna
de pterito. sicut illa. In princi
pio creauit deus celum et terram. Alia
de futuro sicut illa. Ysaie. vii. Ecce vir
go concipiet et pariet filiu. Alia de p

fenti occulto sicut illa Jo. i. Ecce agn9
dei. **S**ecundum hunc modum accipi
tur triplex falsus propheta. scz diabo
lus. mundus et caro. **D**iabolus est fals9
propheta de pterito. Suadet em̄ homi
ni stare in pctō supbie. luxurie. et auari
cie. adducens in exemplum quosdam
pteritos q peccauerūt. et tamen multuz
a deo exaltati fuerunt. Sicut Paulū q
peccauit pctō supbie. et tamen factus
est apostol9. David qui peccauit pec
cato luxurie. et tamen fact9 est prophe
tarum eximius. Et Nabuz qui pec
cauit pctō auaricie. et tamē factus est
dei euāgelista elect9. Et ex his diabo
lus arguit in corde pctōris. q̄ et talia
pctā leuia sunt. et q̄ deus ea leuiter pu
nit. **S**ed ista pphetia continet tria. ter
tula. **O**num est quia predicti viri non
sunt nobis dati in exemplum ut pece
mus. Sed si peccauerim9 de dei miseri
cordia confidamus. **L**egit in histo
ria tripartita. q̄ cum Theodosius impa
tor quedam excessum comissz. et sui
excusationem q peccauerit adduxisset.
dixit ei Ambro. Qui secutus es errātes
sequere penitētem. **R**efert Aug. in epla
ad Hiero. q̄ cum qdam in puteum ce
cidisset. et alius supuenēs quō illuc ce
cidrat interrogaret. ait. Nō queso que
ras qualiter huc cecideram. sed inquire
qualiter liberare me possis. **S**ic nullus
debz interrogare qualiter ceciderit. cal.
sed qualiter resurrexerit. **S**cdm similit9
est falsum. scz q̄ pctā leuia sunt. cu9 sine
grauissima. et pōderosa. qd pz de hoc
quoniā tria sunt fortissima ac robur
tissima. s. celum terra. et de9. Celum em̄
hēt fortissimā soliditatē. Job. xxxvii
Tu forsitan cum illo fabricatus es cel
los. qui solidissimi quasi ere fusi sunt.

Terra habet perpetuam stabilitatem **Ecclesiasticus. i.**
Terra autem in eternum stat. **Deus** habet
infinitam fortitudinem per quam totum mun-
dum sustentat. **Hebreus. i.** Portans omnia
verbo virtutis sue. **Et** tamen peccatum est
ita ponderosum quod celum frangit. **Lu-
ca. x.** Videbam sathanam quasi fulgur de
celo cadentem. **quod** terram aperit sicut portus
Numeri. xvi. **U**bi sub pedibus peccato-
rum derupta est terra. **Et** deum fati-
gari facit ita quod peccatores portare neque-
runt. **Hiere. xxiii.** **V**os estis omnes praevaricatio vos
quippe dicit dominus. **T**ercium simili-
ter est falsum quod scilicet talia peccata deus le-
uiter puniat cum contrariis videamus.
Nam peccatum superbiae in angelis puniuit
infernali incarceratione. **Isa. xlii.** **I**n ce-
lum ascendam **Et** sequitur. **V**eruntamen
ad infernum detraberis. **Peccatum** auari-
cie puniuit perpetua medicatione. **Sicut**
Luca. xvi. **I**n diuite quae guttae aquae melle
dicuntur et habere non potuit. **Peccatum** lux-
urie puniuit fetenti odore. **Sicut** patet
Genes. xix. in sodomitis. **Secundum** falsus pro-
pheta est caro quae est propheta de futuro.
Suadent enim homini ut in carnalibus
deliciis conuiescat et alio tempore po-
terit penitere et in sua senectute deo ser-
uire. **sed** ista propheta continet tria fal-
sa. **Primum** quod quiescat in deliciis cum
nec in deliciis sit quies quia pungunt
animam amaritudine. **Prover. v.** **N**o-
uissima eius amara quasi absinthium.
Nec in diuitiis quia pungunt nimia sol-
licitudine. ideo **Mat. in.** **D**iuities spine
vocantur. **N**ec in honoribus quia pun-
gunt multiplici anxietate et timore. **Job**
xv. **D**onatus terroris semper in auribus
eius. **Refert** tullius de tusculanis. **Quod**
dum quidam Dionysius tyrannum in tot
diuitiis deliciis et honoribus constitutum

videret et diceret esse beatum. **Ille** eum in
thronum aureum iussit eleuari et men-
sam cum omnibus deliciis ante eum ap-
poni. gladium autem acutissimum eum se-
ta equina super caput eius apponi. **Cum**
vero ille non comederet sed in timore
maximo esset. dixit ei **Dionysius.** **T**al-
is est vita mea quam tu beatam putabas.
Secundum simile est falsum quod scilicet alio tem-
pore penitebit homo enim per se potest in
peccatum ire sed non redire. **quod** per quatuor
exempla ostendi potest. **Primum** est **An-
selmi** qui dicit quod homo in foueam vel in
puteum per se potest precipitari sed non potest
per se exire et istud exemplum conuenit auari-
tis. **Isa. xxii.** **F**ormido et fouea et la-
queus super te qui habitator es terre. **Au-**
arus enim qui inhabitat terram per amore
est in formidine ne diuitias perdat. **Est**
in fouea cupiditatis quae ipsum non faciat.
est a dyabolo illaqueatus ut nunquam alie-
na restituat. **Secundum** exemplum est **Criso-
stomi** qui dicit. **S**icut nauis fracto guberna-
culo illuc ubi tempestas voluerit ducit.
sic homo perditio auxilio gratiae dei non
facit quod vult sed quod dyabolus. **Et**
istud exemplum conuenit luxuriosis. **Pro-
uer. xii.** **O**culi tui videbunt extranea
et cor tuum loquetur perversa et eris sicut
dormiens in medio mari et quasi sopi-
tus gubernator amisso clauo. **Mare** est
profunditas concupiscendarum in qui-
bus homo dormit cum in ipsis volup-
tibus conuiescit. ubi gubernaculum
id est auxilium gratiae dei perdit et ideo
quocumque ventus tempestatis id est tempta-
tionis eum ducit illuc vadit. **Tercium**
exemplum simile est **Crisostomi** qui dicit
Antequam peccemus liberi sumus sed si semel
opibus dyaboli nos obligauerimus
iam nostra virtute non possumus liberari.

Sicut enim regem facit populus. eum iam factum deponere non potest. quia in sua potestate fuit facere. sed iam in sua parte non est expellere. Sic postquam homines thorum dyaboli in suis cordibus posuerunt. iam nullus eos potest corrigere nisi deus. In istud exemplum conuenit superbis. qui pro rege dyabolum habent. **Job. xi.** Ipse est rex super omnes filios superbie. **Quartum exemplum ponit. Au.** dicens. quod homo potest seipsum vulnerare. sed non potest seipsum curare. Et istud exemplum conuenit omnibus peccatoribus. quia quodlibet peccatum mortale vulnus est anime. sicut patet **Luce. x.** De illo qui incidit in latrones. id est demones. vulnerauerunt eum. **Tercium similitudine est falsus.** quod scilicet sufficit deo dare suam senectutem. **Est enim iuuentus sicut vinum purum.** Senectus vero sicut vinum mixtum. quia senectus multas miseras habet admixtas. Sui igitur deo suam iuuentutem dant. vinum purum sibi propinant. qui vero senectutem vinum mixtum. Peccatores autem in suis fecibus requiescunt. **Hier. xlviii.** Regem in fecibus suis. **Deus** autem habet tres calices. **Unus** est plenus vino mero. **Alius** est plenus mixto. **Tercius** plenus fece peccati. Calix in manu domini plenus est. Illis igitur qui deo dederunt suam iuuentutem. dat bibere in calice vini mero. quia dat eis puram gloriam. et nullam purgatorii penam. Illis qui deo dederunt suam senectutem. dat bibere de calice mixto. quia non dat eis puram gloriam. sed prius patiuntur purgatorii penam. Peccatoribus autem dat bibere de fece infernali. **Isa. li.** Usque ad fundum saporis calicis bibisti. et epotasti usque ad feces. **Iste** enim calix habet superficiem medullam. et fundum. quia in inferno quidam

multum. quidam plus. quidam plurimum patiuntur. **Tercius falsus propheta** est mundus. qui est propheta de presenti. **Cum** enim mundus habeat tria in se. scilicet. **Concupiscentiam carnis. concupiscentiam oculorum. et superbiam uite.** suadet homini ut ista diligat quam diu viuere. **Sed** est falsus propheta. quia cito deficit homini quantum ad ista. **Istud** significatum est **Psalmi. ii.** **State state.** et non est qui reuertatur. usque ibi. **ingredo olle.** **Alloquitur** propheta super peribos morientes. dicens. **State state** id est vos qui consueuistis tam potenter stare. non state id est flatum et spiritum continete. et de mundo nolite exire. **Et** respondit propheta. **Et** non est qui reuertatur quasi diceret. **Quis** sic alloquitur tamen non est qui ad vitam possit redire. **Deinde** alloquitur auaros morientes dicens. **Dilapitate argentum. diripite aurum.** quasi diceret. ad regionem ignotam pergitis de vestro auro et argento vobiscum portetis. et respondit. **Non** est finis diuitiarum ex omnibus uasis desiderabilibus. id est mors que est finis hominis non est deputata ad diuitias deferendas. nec ad uasa aurea uel argentea apportanda. **Quid** ergo fiet de ipso auaro. **Subdit.** **Dissipata** est scilicet eius substantia a parentibus. **scissa** est. scilicet anima a demonibus. **dilacerata** est scilicet eius caro a uermibus. **Deinde** alloquitur deluciosos dicens. **Cor** tabescens. **dissolutio** geniculorum. et defectio in cunctis rebus. hoc est vos deluciosi qui habuistis cor tam letum. habebitis illud acerbitate penarum. plenius a quibus erit tabescens et stupidus. **Et** qui habuistis genua non infamata a ieiunio sed impinguata pre nimio cibo. habebitis ea lassa et dissoluta pre nimia fame et esurie in inferno. **Et** qui habuistis

tus renes inflāmatos igne male concu/
 piscencie habetis eos consumptos igne
 gebēne. Deinde ponit quid fiet de omni
 bus tam supbis q̄ auaris q̄ deliciof
 dicens Facies eoz quasi nigredo olle
Omnes em habebunt facies nigras p̄
numia ignis adustione. Nigriores pre
numia famis attenuatioe. Nigerrimas
p̄ numia infernalis fumi obfuscatōne.
 omnes isti prophete supius nominati
 sunt falsi et stulti. Tre. ii. Prophete tui
 viderunt tibi falsa et stulta, nec aperte
 bant iniquitatem tuam, ut te ad peniten
 tiam prouocarent.

O Verbo tertio vnde supra.
Omnis arbor bona fructu bo
nos facit et homo latine gre
ce autem dicitur antropos. i. ar
bor reuersa. hēt em radices. i. capillos
supius. ad innueduz q̄ debet plantari
in celo. habet ramos id est brachia et
manus inferius. ad innuedum q̄ debz
operari in mundo. In arbore autē tria
consideramus scz radices q̄ hauriunt hu
morem. Stipitem qui habz rectitudi
nem. et ramos qui debent habere fruc
tum ubertate. Radices autem arbo
ris sunt sicut os animalis. quo humo
rem attrahunt. vnde arborem nutriūt
et fructus pducunt. Radices igit bo
minis sunt affectōnes mētis. Tunc at
que radices bonum ul̄ maluz humorez
attrahunt. put in bono ul̄ in malo lo
co fixe sunt. Sunt em qdam qui habēt
radices fixas in terra. propter amorez
terreoz. isti hauriunt humorem cor
ruptum ps. Oculos suos statuerūt de
clinare in terram. Alii in aquis delicia
rum. Isti hauriunt humorem aquati
cum. Apocal. xvii. Veni et ostendam
tibi dānacōnem meretricis magne. que

sedet sup aquas multas. Alii in aere p
amorem et ambitōnem. Isti hauriunt
amorem uentosum. Osee. xii. Effraim
pascit vētum. Alii in igne iracundie p
odum. Isti hauriunt humorem igni
tuz. Eccl. Anima calida quasi ignis ar
dens nō extinguet. donec aliquid glu
tiat et c. Alii in celo p amorem celestiu
Isti hauriunt humore dulcem et saluti
ferum. Talis erat Apostoly q̄ dicebat
Phil. iii. Nostra ouersatō in celis est
Secundo arbor habz in stipite rectitu
dinem. homo em debz eē rectus. aliter
deum diligere nō pōt. Can. i. Recti di
ligunt te. Est em rectum. cuius mediū
non exit ab extremis. Duo extrema in
homine scz natiuitas et mors. Rectiū
inter has est vita. Illa autem extrema
scz natiuitas et mors sunt extreme pau
ptatis. Job. i. Nudus egressus sum d
utero matris mee. et nudus reuertar il
luc. Illi igit qui hēt natiuitatez pau
perem et mortem paupem. et volunt ha
bere vitam locupletez nō sunt recti. qz
eoz mediū discordat a suis extremis.
Mat. xix. Facilius est camelum p fo
ramen acus transire. et Camelus ē auar
us q̄ in pncipio et in fine. i. in natiuita
te et morte depressus. i. mendicus. i me
dio autem. i. in vita est gibbosus id ē
diuitus onustus. Natiuitas ē et mors
sunt multe vilitatis et abiectōnis. quia
viliter nascit et viliter homo morit. et
hoc omnibus est cōmune. Sapient. vii
Unus est omnibus introitus ad vitā.
similr et exit. Illi igit qui habent na
tiuitatem abiectam et volūt habere vi
tam elataz. nō sunt recti. contra quos
dicit Eccl. x. Quid supbis terra et ci
nis. quasi diceret. Nonstrum est. quia
cum sis de terra formatus. in cinerem

redigendus. adhuc tamen vis esse sup
bus. **N**atinitas etiam et mors sunt cu
fletu. quia flent qui nascuntur et flent vel
saltem deflent qui moriuntur. **U**lli igitur qui
habent natiuitatem flebilem et mortem
flebilem et volunt habere vitam risibi
lem non sunt recti. **D**e quibus dicit **J**ob
xx. Tenent tympanum et citharam et gau
dent ad sonitum organi. ducunt in bo
nis dies suos. et in puncto ad inferna
descendunt. **T**ercio arbor debet habere
in ramis fructuum ubertatem. **D**istin
guit autem hic dominus triplicem diffe
rentiam arborum. **E**st enim quedam que fa
cit fructus bonos. quedam que facit fru
ctus malos. quedam que est sterilis. **A**r
bor igitur bona est homo bonus. vel vo
luntas bona. **N**on potest autem arbor bo
na fructus malos facere. nec. **N**ec econ
uerso scilicet manes talis. **S**icut ponit **A**u.
exemplum de niue que non potest calefieri
manens in x. potest tamen in aqua liqua
fieri et tunc potest calefieri. **A**rbor igitur
bona potest fieri mala. et e converso. sic
Saulus factus est **P**aulus. **E**t **J**udas
qui erat apostolorum factus fuit perditior.
et tunc ille bonum fructum. et iste malum
Fructum produxit. **E**st igitur prima arbor
que facit fructus bonos. **D**icit autem **C**ri
sostomus super **M**atth. quod sicut de ramis nascun
tur gemme. et de gemmis flores. et de flo
ribus poma. **S**ic de sensibus bone ani
me nascuntur bone cogitationes. que sunt
coram deo velut gemme. **D**e bonis co
gitationibus nascuntur bone voluntates.
que sunt coram deo odorifere sicut flores.
De bonis voluntatibus nascuntur bona
opa. que sunt sicut poma dulcia coram
deo. **E**t dicit idem **C**risostomus. quod aliqua
do de ista arbore ventus temptatoris
excudit gemmas. quando aufert bonas

cogitationes. aliquando flores quando
aufert bonas voluntates. **A**liquando po
ma quando aufert bona opa. **A**u. ab. et
ista arbor. id est homo ramos inferos. ad
innuendum quod opa misericordie non sunt
facienda in celo sed in mundo. sicut ostendit
Augustinus in li. l. **O**mel. dicens. **N**emo
in celo est qui dicat pascite vel potate. quia
non inuenies esurietem nec sitietem. nec
vesti nudos. ubi uestis immortalis est.
nec suscipe peregrinum ubi omnes in pa
tria sua sunt. nec visita infirmum. ubi est
sanctas sempiterna. nec sepeli mortuum
ubi mors moritur. **E**t sicut arbor non fru
ctificat tamen in vno ramo sed in pluribus.
Sic et homo de omnibus sensibus suis
debet deo seruire. sicut ostendit **C**risostomus
in **O**melia qua fecit de ultimo psalmo.
Culus inquit deo prestat obsequium. si cur
pia et vana declinat aspiciere. **L**ingua me
retur premissum suum quando dei laudibus
occupatur. **A**uditus placebit deo si se de
tractationibus non immiscet. **P**edes deum
laudabunt si cursum suum ab omni ma
licia reuocare festinent. **M**anus benedi
cunt si rapinis renunciant. et ad miseri
cordiam properant. **S**icut autem rami
quanto plus sunt onusti tanto magis in
clinant. **S**ic et viri sancti quanto magis hu
milibus plus replent. tanto magis hu
miliant. **A**lia arbor est que facit fructus
malos. **M**ala inquit arbor fructus ma
los facit. **A**d hoc autem quod sua malicia
conuertatur et bonos fructus faciat. qua
tuor sunt necessaria. scilicet labor. tempus
locus. et surculus. **E**st enim necessarius la
bor. **N**am sicut dicit **A**ristoteles. **A**rbores
siluestres per culturam debitas efficiuntur
dulces. **E**t ponit exemplum de amig
dalo. que per culturam ex amara efficitur
dulcis. **S**ic et homo debet cor suum excolere

et purgare / et tunc bonos fructus faciet
1. Cor. iii. Dei enim agricultura estis / et
tunc deus et ipse similiter plus purgabit
Io. xv. Eum qui fert fructum purga-
bit ut fructum plus afferat. Secundo
necessarius est locus. Dicit enim Aristoteles.
quod quedam plante in uno loco faciunt
fructus preciosos / quod transplantate fa-
ciunt bonum. Et ponit exemplum in quibusdam
plantis egypti / que ibi faciunt
fructum malum sed aliquando bonum.
Sicut aliquando potest homini muta-
tio loci / nihil tamen potest nisi sequatur
mutatio animi. sicut dicit Bernardus. De
lucifero profuit locus celi / nec Adelo-
cus paradisi / nec Loth locus montis ex-
celsi / nec filius israel locus deserti. In
interrogatus Socrates a quodam / cur mu-
tatio loco nihil sibi potest ad mu-
tationem vicio. Respondit. Non est mi-
rum si mutatio locum non mutas viciu-
rum si mutatio locum non mutas viciu-
rum si mutatio locum non mutas viciu-
quod semper circumferas te ipsum. Tercio neces-
sarium est tempus. dicit Aristoteles. quod plu-
res plante plantantur in vere / pauca in
autumno / pauca in hieme / pauca /
sive in estate. Plantatio enim spiritualis
conuenientius fit in vere iuuentutis / quam
in autumno mature etatis / vel in hieme
senectutis / vel in estate / i. in feruore ma-
le consuetudinis / ubi totus humor gratie
desiccatur. Quarto necessarius est surcu-
lus qui trunco insertus totam eius vir-
tutem ad suam trahit qualitatez / et sig-
nat uerbum dei quod animam sic immu-
tat / quod que prius ferebat fructus por-
tais infernalis / comestibiles / postmodum
fert fructus deorum angelis delectabiles
Tercio est arbor sterilis / que bonos fru-
ctus non facit / de qua dicit. Omnis ar-
bor que non facit fructus bonum non est.
autem aliquae arbores bonos fructus

non faciunt / possunt esse quatuor cause.
Prima est quando sunt nimis frondose.
quia humor qui debet transire ad fruc-
tus conuertitur ad folia. Isti sunt qui tamen
delectantur in foliis uerborum / qui signan-
tur per ficulneam cui dominus maledixit
ut habet Mat. xx. Secunda causa
est / quando sunt nimis procreare humor
enim a radice ascendens propter arboris
altitudinem et latitudinem se diffundit.
et ad ramos transiens paulatim euanes-
cit. Magni enim uiri et plati / aliquando
sunt infructuosi / quia ea que deberent
dare pauperibus expendunt in suis uan-
itatibus. Ambrosius / Quis se associat au-
ibus / piscis piscibus / pecus pecoribus.
Solus tu homo consortem excludis fe-
ras includis / pietem uestis auro / et pau-
pem nudas uestimento / panem petit pau-
per et non accipit / et equus tuus aurum
sub dentibus manducat. Tercia causa est
quando sunt nimis vetuste. dicit Aristoteles.
quod si amygdalus uetus perforat / humor
in medulla depurabitur et fertilius effici-
etur / quando enim quod est uetustus in pec-
cato / tria foramina in corde suo facere
debet / et tunc bonum fructum producet.
Primum est dolor contritionis / Secun-
dum pudor confessionis / Tercium est la-
bor satisfactionis / Quarta causa est quod
non sunt domestice sed sunt siluestres.
Quidam sicut dicit Aristoteles / arbores silues-
tres magis fructificant quam ortenses / sed
fructus ortensium sunt meliores. Sic homo
in suis operationibus plus debet accedere
ad bonitatem quam ad multiplicitatez
peccatorum. Secundum puritatem manuum mearum re-
tribuet mihi / non dicit secundum multi-
tudinem sed secundum puritatem / quod ipsa
opera quantumcumque sunt multa / non sunt
de accepta nisi sunt munda. Can. ii. qui

pascit inter lilia. i. delectat inter opera
pura.

Dominica nona.

Sermo primus.

Homo quidam erat diues q ha
bebat villicum. Lu. xvi. Si
cui dicit Interl. Spiritualiter
ho iste deus omnipotens est. Per vil
licum autē intelligi potest quilibz ho
cui dominus omnia temporalia dis
pensanda omisit iuxta illud ps. Dia
subiecisti sub pedibus eius. Sed sepe
illa dissipat v' iniuste congregado ul'
indebite retinendo. ul' illicite expenden
do. Et ideo talis apud deū nō imme
rito diffamat. Diffamatio autem ali
quando causat a psonis grauibz. et
tunc facit violētam psumptōem. Ali
quādo a psonis leuibz. tunc facit le
uem suspitōnem. Aliquando ab infā
mis. tunc potius in diffamato facit
cōmendatōnez. Infamia igit pctoris
causat ab angelis q sunt fide digni q
nobis ministrant. t omnia opa nostra
deo renunciant. t ideo dominus in mor
te cuiuslibet ul' in iudicio rōnem requi
rit. De isto igit villico quatuor ponū
tur. Primum est collatio potestatis cū
dicit homo quidam erat diues qui ha
bebat villicum. Sicut autem dicit glo
sa. Villicus est pprie custos ville. sed
hic ponit p yconomō. i. dispēsatore.
qui vniuersam substāciam domo dis
pensat. t ideo bene significat quēlibet
hominem qui tria a deo dispensando
recipit. s. res temporales. corpus pro
prum. t animam. ut de rebus reddat
sibi elemosinas. de corpore casta ieu
nia. de anima orōnes deuotas. Ista
sunt tria munera que magi obtulerunt
domino. scz aurum substācie tempo

ralis **Thobie. iii. Ex substācia tua da**
elemosinam. Thus deuote orōnis ps
Dirigat oratō mea in conspectu tuo.
Turram mortificatōnis carnis. **Gal.**
iii. Mortificate membra vestra. t c.
Secundo ponit diffamatio criminis
cum dicit. t hic diffamatus est apud
illum. pctor em dissipat res tempora
les. corpus. t animam. qui scz res tēpo
rales illicite expendit. dum eas illicite.
expendit. **D**issipat corpus. dum ipm
in voluptatibus nutrit. **D**issipat ani
mam. dum non deuotas orōes effun
dit. sed immundas cogitatōes in eam
mittit. **T**alis significatō est p filiū. p dī
gum **Lu. xv. Sui totam substāciam**
sua dissipauit. qui corpus suum vo
luptatibz dedit. qui animā immūdis
cogitatōnibus impleuit. q significat
p siliquas porcoz. quibus sacurari cu
piebat. tales em cogitatōes sunt cibo
porcoz. i. demonum. Tercio ponitur
districta requisitio rōnis cum dicitur
Redde rōnem villicatōnis tue. Regre
em dominus post mortē. v' in iudicio
qualiter homo dispensauit illa tria si
bi cōmissa. scz res. corpus. t animā. sed
tamen ante illud districtū examen interm
clabit diffinitiuā sentētia. res interm
sup illis tribus incidunt quēstiones q
p sententiam interlocutoriam dirimū
tur. Prima quēstio incidit quātum ad
res temporales inter viros religiosos
t mundano. v' tuz scz melius sit diui
tias contemere q eas retinere. t dicit
vir religiosi q melius ē eas contēnere
t adducunt pro parte sua duas leges
Qnam euāgelicā. Mat. xix. Vade t
vēde omnia que habes. t da paupbz.
t habebis thesaurū in celo. Alia apo
stolicā. t. Thi. vi. Sui volūt diuites

fieri incidunt in temptatōes ⁊ laqueos
diaboli ⁊ desideria multa ⁊ inuilia q̄
mergunt hominem in iterum. **Cōtra**
religiosos homines mundani dicit q̄
melius est diuitias retinere quia multe
eius uide fieri possunt ⁊ adducit
pro pte sua duas leges. **Unā euangeli-**
cam q̄ hic ponitur. Facite uobis ami-
cos de māmona iniquitatis. Aliam apo-
stolicam. i. Coz. ix. Sui seminant in
benedictōibus de bñdictōibus ⁊ me-
ritū uitam eternam. Iudex autem no-
dat sententiā allegatōibus hinc ⁊ inde
Mat. xix. Facilius est camelus p̄ fora-
men acus trāsire. Et intelligitur de
illis diuitibus qui totum cor suum in
diuitiis posuerunt. ideo monet p̄phe-
ta. **Diuitie si affluant nolite cor appo-**
nerē. Secunda questio incidit quātum
ad corp̄ inter uiros spūales ⁊ carna-
les utrum sc̄ sit melius castitatē serua-
re uel matrimonium contrahere. Et di-
cunt uiri spūales q̄ melius est continē-
tiam obseruare ⁊ adducunt pro parte
sua duas leges. Unā euāgelicam p̄
quā suadet ut matrimonia diuidant̄
⁊ castitas seruet. Mat. xix. Omnis q̄
reliquerit domū aut fratres aut uxo-
res p̄pter nomen meum ⁊ aliaz apo-
stolicam. i. Coz. vii. Sui m̄rimonio
ungit uirginem suam bene facit ⁊ qui
nō ungit melius facit. Contra homi-
nes carnales dicunt q̄ est meli⁹ in ma-
trimonio uiuere ⁊ adducunt pro par-
te sua duas leges. Unā diuinam per
quā deus matrimonium constituit di-
ces Gen. i. Crescite ⁊ multiplicamini ⁊
aliam apostolicā. i. Ebi. v. Volo autē
uiores nubere ⁊ filios p̄creare. ⁊ Iu-
dex autem sup̄ hoc dat sententiā in/

terlocutoriam dicens **Lu. xx. Filii hu-**
ius seculi nubunt ⁊ tradunt ad nupti-
as. Illi uero qui digni habebunt secu-
lo illo in resurrectōe ex mortuis neq̄
nubent neq̄ nubent neq̄ ducunt uxo-
res. Ac si dicat illi q̄ uolūt habere suas
consolatōes uxores ducant. Illi uero
qui uolunt tñ placere deo non accipi-
ant. Tercia questio incidit iter fideles
quātum ad animam utrum sc̄ meli⁹
sit habere fidem magnā an opa mag-
na. Et dicunt quidam q̄ melius ē ha-
bere fidem magnā ⁊ adducunt p̄ par-
te sua duas leges. Unā euangelicam
Mat. xvii. Si habueritis fidem sicut
granum sinapis ⁊ aliam apostolicā.
Hebre. xi. Sine fide impossibile est pla-
cere deo. Contra alii dicunt q̄ meli⁹
est habere opa magna ⁊ adducunt p̄
se duas leges. Unā apostolicā Jac.
ii. Vis autem scire homo inanis quo-
mā fides sine opibus mortua ē. Mora-
ham pater noster nōne iustificatus est
⁊ aliam p̄phetiaz ps. Labores ma-
num tuarum quia mandu. ⁊ Iudex
autem dat sententiā interlocutoriaz
dicens Mat. vii. Nō omnis qui dicit
mibi domine dñe intrabit in regnū ce-
lorum ⁊ illi dicūt bis domine q̄ cre-
dunt corde ⁊ confitent̄ ore. Ipsi dicūt
ter scilz ope. ideo sequit̄. Sed q̄ fecerit
uolūtātē patris mei. Deinde iudex
procedet ad inquisitionem causē princi-
palis. cum dicz. Esurui ⁊ nō dedistis
mibi manducare ⁊ postmodū feret
sententiā diffinitiaz dicens. Discedi-
te a me maledicti. Et ista sententiā
dabit patribus cōuocatis Mat. xxv
Cōgregabunt̄ ante eum omnes gētes ⁊
sepabit eos. Dabit in scriptis psal. Ut
faciant in eis iudiciū cōscriptū. Dan.

.vii. Judicium sedet et libri aperti sunt.
Dabit sedendo Na. xxv. Sedebit su-
per sedem maiestatis. Dabit in die. Rō.
.ii. In die cuius iudicabit dominus occul-
ta hominum. Dabit in loco euidenti et
honesto qz in aere et in ualle iosaphat.
.i. Thef. iiii. Rapiemur in nubibus ob-
uiam xpo in aera. Joel. iiii. Congrega-
bo omnes gentes et deducam eas in ual-
le iosaphat. Quarto ponit impossibi-
litas exercendi laboris. cuius dicit. Jam
enim ultra non poteris villicare. In infer-
no enim non poterunt satisfacere deo p-
icinia. quauis enim semper ieiunabunt tamen
hoc sibi non ad meritum sed ad suppli-
cium. Hiere. xiiii. Cuius ieiunauerint non
exaudiam preces eorum. quoniam gladio
peste. et fame consumam ego eos. Secun-
do non poterunt satisfacere deo de aia
prolatione. Cum quia a deo exaudiun-
tur. Prouer. i. Tunc inuocabunt et non ex-
audiam. Cum quia in peccatum eis re-
putabitur ps. Oratio eius fiat in peccatum. Tu.
quia et si omnes sancti pro eis orarent
adhuc non exaudirent. Hiere. vii. Noli
orare pro populo hoc. quoniam non exaudiam
te. Tercio non poterunt satisfacere deo
per elemosinas de rebus. Non enim poterunt
aliquem induere. quia ipsi erunt totaliter
denudati. Ezechiel. xv. Eris nuda et
confusione plena. Non cibum uel potum
alicui portigere. quia erunt perpetua fa-
me. et siti afflicti. Psal. lxxv. Ecce serui
mei comedent et uos esurietis. nec hos
precio aliquos recipere. quia erunt a ciui-
tate dei impetuum habitati. Apoc. xxii.
Foris canes et uenefici. et. Nec infir-
mos visitare. quia iacebunt perpetuis do-
loribus cruciati. Psal. l. In doloribus
dormietis. et. Nec ad incarceratos ire.
quia erunt in perpetuis uinculis compe-

diti Sapien. xvii. Vinculis tenebrarum
et longe mortis compediti. et. Nec alii
quos sepelire. quia ipsi erant in inferno
sepulti. Luce. xvi. Mortuus est diues et
sepultus in inferno.

¶ Sermo secundus.
Quid faciam quia dominus meus
auferet a me villicationem et.
Post hanc uitam nullus po-
terit aliquid bonum opus facere. Io. ix.
Venit nox in qua nemo potest operari.
Nullus audebit deo de suis meritis re-
pondere. Job. xxxi. Quid faciam cum
surrexerit ad iudicandum dominus. et cum
quesierit quid respondebo ei. Nullus
manum dei poterit euadere ps. Quo-
modo a spiritu tuo. et. In peccatum igitur homo
debet sibi prouidere ut hic se deo respon-
dat per obedientiam. hic fugiat ad dei
misericordiam dei inclinatus. ideo qui
libet debet intra se dicere. Quid faciam
quia dominus meus auferet a me villicam.
¶ In quibus uerbis quatuor ponuntur.
Primo sui discussio cum dicit. Quid
faciam et. Eccl. xviii. Ante iudicium
interroga teipsum. Cor. xi. Si nosmet
ipsos iudicauerimus. et. In isto autem iu-
dicio quod intra nos est faciedum ratio tanquam
iudex deus animam tanquam ream ad iudicium
uocare. Cogitationes debent ipsam ac-
cusare. Conscientia testimonium prebere
timor tanquam carnifex eam torquere et
a pristina peccati conuersatione occidere.
ut sic inde sanguis exeat lacrimarum. Au-
gustinus in li. de penitentia. Ascendat homo
aduersum se tribunal mentis sue. consti-
tuat se ante faciem suam. atque ita consti-
tutio in corde suo iudicio. assit accusa-
trix cogitatio. testis conscientia. carni-
fex timor. unde quidam sanguis quasi

166

confitentis p lacrimas ofluat Secundo
ponit impotentie recognitio cum dici
tur Fodere nō valeo Dupliciter hō
potest se puidere indigens Aut labo
rando Contra qd dicit Fodere nō va
leo Aut donum siue mutuū mendicā
do Contra qd subdit mendicare eru
befco Post mortem igit̄ ul̄ in die iu
dici nullus poterit laborare Eccl. ix.
Edcunq̄ potest manus tua instanter
operare quia nec opus nec rōrē ideo
Salomon pigrū qui nō vult hic labo
rare mittit ad formicā dicēs Prover.
vi. Vade ad formicaz o piger ⁊ disce
sapiētiam que cum nō habeat ducem
nec pceptorem nec pncipem parat in
estate cibuz sibi ⁊ congregat in messe qd
comedit in hieme Legitur q̄ formica
grana pforat ne germinent Unde for
mica nō solum dicit ferēs micaz s̄ et
formans micaz grana etiā decorticat
ul̄ ppter eādē causam ul̄ ut mundi⁹
ea comedat si forte etiā fuerint bal
neata extrahit ⁊ ad solē calefacit ⁊ ex
ponit ne forte putrefiant In quatuor
igit̄ cōsistit sapiētia formice quia gra
na in estate et in messe congregat con
gregata pforat ⁊ forata decorticat de
corticata exsiccatur Primo igit̄ dēt hō
bona in estate ⁊ in messe congregare
Glosa ibidem Hec vita messi compāt
⁊ estati quia nunc inter ardōres temp
tarōnum tempus est colligēdi futuro
ru⁹ merita p̄mōz diem iudici hiemi
quia nulla relinquit facultas laboran
di p̄ vita eterna s̄ t̄m cogit quisq̄ de
borreo p̄rice actōis qd recondidit p
ferre Secundo debet ip̄a bona opa p
forare gladio verbi dei Debre. iiii. Vi
uus ē sermo dei ⁊ efficax ⁊ penetra. oī
gla. ancipi ⁊ illa pforatō impedit ger

minatōnez peccati Debre. xii. Neq̄ ra
dix amaritudinis sursū germinans
impediat psal. In corde meo abscon
di eloquia tua ut nō peccem tibi Ter
cio d̄z ab ip̄is suis opibus omnē pec
cati corticem remouere ut sic xps in eo
rum puritate pascat Can. ii. Sui pas
citur inter lilia ut sic etiā homo dei fa
miliaritate fruatur Diere. xv. Si sepaue
ris p̄ciosum a vili quasi os meuz eris
Quarto si aliqua opa sunt humida
humore vicioz exsiccanda sunt ad ex
emplar veri solis i. xpi qui fuit siccus
in natuitate Ysa. liii. Ascendit sicut v
gultuz coram eo ⁊ sicut radix de terra
siccior in vita p̄s. Aruit tāq̄
testa virtus mea Siccissim⁹ in morte
p̄s. Ossa mea sicut cremum aruerunt.
Nihil em̄ homo post hanc vitam po
terit mendicare sancti homines q̄ sunt
in p̄ria sunt ualde misericordes. s̄ san
cte mulieres naturalr debent esse mise
ricordiores Xps autem est fons mise
ricordie ⁊ tamē mendicatū fuit ad ho
stium sanctoz viroz Abrahe. s. ⁊ La
zari nec vnaz guttam aque voluerūt
porrigere Mendicatū fuit ad hostiuz
sanctarum virginū nec vnaz stillaz
olei uoluerunt impendere Mendicatū
fuit ad hostium xpi quādo dixerunt
Domine dñe aperi nobis. Et xps nō
solum aliquā elemosinam eis nō por
rexit sed nec hostium etiā eis apuit.
imo turpiter eas licēciauit dicens. Am
dico vobis nescio vos Tercio ponit
discreta p̄ussio cum dicit. Scio quid
faciam prouidit em̄ sibi debitoribus
gratiam faciendo Sic ⁊ nos paupib⁹
elemosinas largiendo Bonus em̄ ele
mosinarius puidz sibi in vita in mor
te ⁊ post mortē. In vita qz elemosina

expellit frigus culpe. cum sit ignis dei
Ecccl. iii. Sicut in sereno glacies soluē
tur pctā tua. **Generat bñdictōnem grē**
ducum sit semen dei. **ii. Coz. ix.** Sui se
minat in bñdictōnibus. de bñdictio
nibus et metet. **facit custodiā in utroq;**
cum sit sacculus et palpebra dei. **Ecccl.**
xxix. Elemosina viri quasi sacculus cu
ro. **Et grām hominis quasi pupillam**
oculi cōseruabit. **Secundo** prouidet sibi
in morte. quia elemosina animā deo af
sociat. **Ambro.** Non sunt hominis bo
na. que secum ferre nō potest. **Sola mi**
sericordia comes ē defunctorū hostes
fugat. **Vnde dicit de elemosina Ecccl.**
xxix. Sup scutum potentis et sup lan
ceam aduersus inimicū pugnabit. **Via**
demonstrat. **Prouer. xvii.** Donus ho
minis dilatat viam eius. **Tercio** prou
idet sibi post mortem. quia elemosina
animam ab inferno liberat. **Thob. ii.**
Elemosina non patit animas ire in te
nebras. **A purgatorio saluat. Prouer.**
xiii. Redemptio anime viri diuitie sue
vitam eternam donat. **Ambro.** Ars ar
tium potissima est elemosina. **Nō** enī
nobis domos fabricat luteas. s; vitā
phēnem impēdit. **Quarto** ponit pro
uidentię illius cōmendatio cum dicit.
Et laudauit dominus villicum iniqui
tatis. quia prudēter feciss; nō. **Nō** lau
dauit eum de fraude sed de prouidentia.
Et est similitudo a contrario sensu secū
dum **Aug.** **Quia** si ille laudatus est q
sibi prouidet de re illicita. multo for
tius a deo laudabit ille qui sibi prou
debit de te iusta. **Vidēdum** est autem.
qualiter filii huius seculi. i. homines mū
dani. dicantur prudētiores q̄ filii lucis
id est q̄ filii dei. **Ad qd sciēdū q̄ Au.**
in li. de quātitate anime distinguit tri

plexam sapiētiam scz nociuā. **supflua**
et necessariam. **Et hoc ostendit p simile**
in corpore humano. **Cuz** enī spūaliter
anima discendo dicitur crescere. et disci
cendo decretere. **Igitur** sicut in corpore
est triplex augmētum. **Primum** nociuū
qd humor vocat. **Alter** qd vocat su
pfluum. est cū quis senis digitis in ma
nibus et pedibus nascit. **Tercium** neces
sarium ē quo naturalis cōueniētia im
plet in mēbris. **Sic** et in anima triplex
est sapiētia. **Prima** est nociua. q̄ ed d
impediētibus ad salutem. **Et ista respō**
det incremento corporis qd est nociuū.
Ista autē est sapiētia carnalis quam
habent auari in acquirendo diuitias.
Supbi in acquirendo honores. **Luxu**
rioriosi in acquirendo delicias. **De ista**
sapiētia dicit **Rō. viii.** Sapiētia car
nis mors est. **Quātum** autem ad istam
sapiētiā uerum est q̄ filii huius seculi
sunt prudētiores filii lucis. quia filii
lucis abhominant. et fugiunt. cum nō
sit diuina sed diabolica. **Iaco. iii.** **Nō**
est ista sapiētia desursum descendens.
Sed terrena quo ad auaros. animalis
quo ad luxuriosos. diabolica quo ad
supbos. **Secunda** est sapiētia supflua.
que est de imptinentibus ad salutem.
Et ista respondet incremento corpis
qd est supfluum. **Ista** autē est sapiētia
mundana et secularis. **Sive** sit philoso
phica sive phisica. **Sive** scientia legū sive
decretalium. que p tanto dicuntur super
flue. quia sine illis potest esse salus. **De**
ista dicit **Aposto.** loquens de philoso
phicis **Ad Rō. i.** dicentes se esse sapien
tes stulti enī facti sunt. **Vnde** **Aristo.**
In morte stultus factus fuit. quia to
tam sapiētiā suā pdidit. **Vnde** cui
dam suo discipulo apparuit dicens.

Nihil amplius sciebat nisi pena quam sen-
tebat. **¶** Cum etiam ad istam sapientiam
filii huius seculi sepe sunt prudentio-
res quam filii lucis quia viri spirituales de ta-
libus scientis parum curant. **¶** Unde di-
citur. **1. Cor. ii.** Loquimur non indoctis
humane sapientie verbis. **¶** Tercia sa-
pientia est necessaria que est de expedi-
entibus ad salutem. **¶** Et ista respondit
incremento corporis quod est necessarium.
¶ Ista est sapientia diuina que consistit
in uera dei cognitione. de qua dicitur.
1. Thim. ix. In hoc gloriatur qui gloriatur
scire non se. **¶** Quotum ad istam sapi-
entiam filii lucis sunt prudentiores quam
filii huius seculi imo in rebus diuinis
filii huius seculi videntur esse stulti. **¶** Filii
autem lucis sunt valde sapientes et pro-
uidi. **1. Cor. ii.** Animalis homo non per-
cipit ea que sunt spiritus dei. **¶** Stulticia enim
est illi et non potest intelligere. **¶** Spiritus
autem diiudicat omnia et ipse a nemine
iudicatur.

¶ Sermo tertius unde supra.
¶ Facite vobis amicos de mam-
mona iniquitatis etc. **¶** Secundum dic-
tum cuiusdam philosophi qui
bet debet habere amicum et unum inimi-
cum ut amicus veritate sibi diceret et
cum ut amicus veritate sibi diceret et
inimicus vias eius obseruaret ut ami-
cus eum corrigeret et inimicus persecutio-
nem exercitaret. **¶** Dunc autem quilibet
homo habet angelum bonum ut ad bo-
num promoueat et malum ut temptatio-
nem exerceret sed quia nomen inimici
est odiosum et nullus vult habere inimi-
cos. **¶** Videamus saltem qualiter possi-
mus habere amicos. **¶** Istud dominus
nos docet dicens. **¶** Facite vobis amicos
de mammona iniquitatis etc. **¶** Obi tria ostendit
scilicet quod amicitia sit facienda qualiter et

propter quid. **¶** Primum notat cum di-
citur. **¶** Facite vobis amicos de mammona etc.
¶ Amicitia autem aliquando est bonorum
cum bonis. **¶** Aliquando bonorum cum ma-
lis vel e converso. **¶** Aliquando malorum cum
malis. **¶** Amicitia autem que est bonorum
cum bonis est amicitia vera quia non
potest esse vera amicitia nisi inter bo-
nos. **¶** Tullius hoc primum sententiam nisi in bo-
nis amicitiam esse non posse. **¶** Dicunt na-
turales quod quando aurum dicitur argento per
malleationem incorporari oportet a tribus
perueniri scilicet a vento puluere et humore.
¶ Quia si aliquid istorum se interponit perfectio
vino fieri non poterit. **¶** Si igitur aliquis vo-
lunt per amicitiam iungi oportet ut caueant
ne inter eos sit aliquis ventus superbie
vel puluis auaricie vel humor luxurie quia
inter superbos auaros et luxuriosos ve-
ra amicitia esse non potest. **¶** Non enim potest
esse alicui amicus qui sibi est inimicus.
¶ **Eccl. xii.** Sui sibi nequam est cui alius bo-
nus erit. **¶** Ad idem uersus. **¶** Sui sibi non per-
iculis tibi quomodo parcat. **¶** De ueris
autem amicis Tullius dicit. **¶** Sui uerum
amicum intuetur tanquam exemplar aliquod
sui intuetur quo circa et absentes assunt
et egentes habundant et imbecilli valent
et quod dictum est difficilius mortui uiuunt.
¶ Veri enim amici si sint absentes corpore
tamen sunt presentes mente et si unus me-
ritus est egenus in alio est habundans
et plenus et si unus ad resistendum dia-
bolo est debilis in amico est fortis et
si unus est mortuus in amico in his que
spectant ad ordinationem domus et a-
nime est uiuus. **¶** Secunda amicitia est bo-
norum cum malis et e converso. **¶** Et ista
bonis aliquando est periculosa quia ma-
lis aliquando inueniatur fructuosa. **¶** Boni
enim ex malorum familiaritate aliquando

corrumpunt in vita. inquinant in con-
scientia. et obfuscat in fama. De primo
ponit exemplum Crisostomus. super Mattheum.
Quia si vinum admiscet aceto. vinum
non corrumpit acetum. sed acetum vinum.
Acetum sunt mali. quia deum in suis opi-
bus exacerbant. psal. Exacerbauerunt
deum excelsum. Vinum sunt boni qui
deum letificant per bonam conscientiam.
et proximum edificant per bonam famam.
Iudicium. ix. Numquid deserere possum vi-
num meum. quod letificat deum et homines.
Quando igitur boni miscentur cum malis.
quibus mali aliquando meliorem. boni
tamen sepe in vita corrumpunt. i. Coz.
xvi. Corrumpit bonos mores collo-
quia mala. De secundo ponit exemplum
Crisostomus. ubi supra. quod si admisceatur cum
luto farina non coingnat lutum sed lutum
farinam. Boni sunt farina qui mola ti-
moris et amoris se conterunt et ad can-
dorem cor suorum deducunt. et deo suauem
panem faciunt. Lutum sunt mali in con-
spectu dei fetidi. pedibus demonum con-
culcandi. et in cloacam infernalem pro-
ciendi. Quando igitur boni miscentur cum
malis. quibus mali quandoque dealbentur.
tamen boni sepe in conscientia inquinantur.
i. Coz. v. Modicum fermenti totam
massam corrumpit. De tercio ponit ex-
emplum Gregorius. Quia si aurum argen-
to misceatur. argentum ad auri claritatem
exsurgit. aurum non pallescit. Aurum sunt
viri sancti. fulgidi in fama. et preciosi in
vita. Argentum sunt mali qui tactu suo
alios denigrant. Quando igitur boni mis-
centur cum malis. quibus mali videantur
lucere. tamen boni in fama videntur pal-
lescere. Sepe autem contingit quod boni cum
malis miscentur. et tamen nec boni malos
conuertunt. nec mali bonos corrumpunt.

Quod per tria exempla videri potest. Vinum
enim est cum fece. et tamen fex nec auferit
vinum suam dulcedinem. nec vinum fecit
suam acedinem. Similiter rose morantur
cum spinis. tamen nec spine auferre pos-
sunt rosis quin redoleant. nec rose spi-
nis quin pungant. Similiter aurum non
docet occultat a luto. et tamen lutum non
potest auferre auro suum fulgorem. nec
aurum luto suum fetorem. Sic sepe bo-
ni morantur cum malis. tamen mali non
possunt auferre bonis suam sanctitatem.
nec boni malis suam iniquitatem. Tercia
amicitia est malorum cum malis. et ista est
nimis periculosa. Mali enim sunt igne co-
pulentie inflammati. et ideo amplius
inflammantur. Prover. vi. Numquid poterit
quis abscondere ignem in sinu suo. ut
non comburantur vestimenta eius. Sunt
luto auaricie infecti. et ideo amplius in-
ficiuntur. De quo luto dicit Abacuc. ii.
De qui congregat non sua. usquequo
aggrauat contra se densum lutum. Sic
pice superbie inquinati. et ideo amplius mu-
picem inquinabit ab eis. Similiter autem
supbia pice quia tante est adherentia ut
ceteris viciis superatis adhuc ipsa rema-
neat. Secundo dominus ostendit qualiter
ista amicitia sit facienda cum dicit de
mona iniquitatis. et de diuitis pau-
peribus erogatis. Secundo autem Bedam
mona lingua storum diuitie voca-
tur. que dicuntur iniquitatis. secundum Augustinum.
Tribus de causis. Primo quia sepe fa-
ciunt hominem iniquum. et sunt materia
multarum iniquitatum. Unde dicitur.
omnis diues. aut est iniquus. aut heres
iniqui. Secundo dicuntur iniquitates. ex eo
quod hominem decipiunt. quia nec tenent quod
promittunt. promittunt enim securitatem

et dant timore. satietate et dant esurie.
 stabilitatem et dant subitaz deiectione.
Tercio dicunt iniquitatis quia sepe per
 rapinas et alios modos illicitos acq-
 runt. Potest etiam dici quarto quod di-
 cunt iniquitatis. i. inequalitatis quia in
 equaliter habent. Nam unus habet ad
 superabundantiam. alius ad sufficientiam.
 alius ad necessitatem extremam alius ha-
 bebunt totalem penuriam. Tercio domi-
nus ostendit propter quid ista amicitia
sit cum pauperibus facienda cum dicit.
Et cum defeceritis recipiant vos in e-
terna tab. etc. Glo. Do quos subz pau-
 peres sed qui possunt in eterna tab. vos
 recipere. ideo dicit Ecc. xi. Da bono et
 ne receperis peccatorem. benefac humili et
ne dederis impio quod tripliciter est in-
 telligendum. Primo quod non debz dare
 quod impio si credit quod pro donis iusticia
 derelinquat. Secundo quod non debz dare
 quod impio intuitu prauitatis ut faciunt
 illi qui dant histrionibus intuitu histrio-
 natus. Tercio Distinctionibus dare est de
 moribus immolare. Glo. sup predictuz
 locum. Sui autem dat indigenti peccato-
 ri non quia peccator est sed quia homo est.
 non peccatorem sed iustum nutrit quia cul-
 pam non diligit sed naturam. Tercio in-
 telligit electiue quia in dando iustus
 est impio proponendus. Prus est enim
 subueniendum seruis dei quod seruis diabo-
 li. Ista tamen eterna tabernacula nos
 hic de elemosinis edificamus. Sunt tamen
 quidam qui edificant sibi tabernaculum
 siue domum in inferno. quidam in pur-
 gatorio. quidam in celo. Nam ualde ma-
 li edificant sibi domum de triplici mate-
 ria. scilicet de lapidibus superbie. ideo cum
 ipis lapidibus a demonibus lapida-
 bunt. Ecc. xxii. In lapide luteo lapi-

datus est piger. Nullus enim ad bene o-
 perandum est pigrior quam superbus. Do lu-
 to luxurie iniquitatis. ado a demonibus
 tanquam lutum vile conculcabit. Ysa. x.
Cones illum in conculcationem ut lutum
 platearum. de spinis auaricie. ideo in spi-
 nis ipsis comburent. Ysa. xxxii. Spine
ne congregate igni comburent. Medi-
ocriter autem boni edificat sibi domum
 in purgatorio. de materia triplici. scilicet
 de ligno. feno. et stipula. ut dicit. i. Co-
rinthe. ii. Lignum plus habet de humo-
 re quam fenum. ideo tardius comburitur.
Fenum plus habet quam stipula ideo tar-
 dius consumitur. Per ista tria intelligit
 triplex amor. scilicet carnalitate ut uxoris et
 filioz. vel cupiditatis. ut diuitiaz. vel
 ambitionis ut honoz. Sui igit plus
 minus habet de humore carnalitate vel
 cupiditatis vel ambitionis. diu vel citius
 vel citissime comburet. Valde autem bo-
 ni edificant sibi domum in celo de tri-
 plici materia. scilicet de auro. argento. et de la-
 pidibus preciosis. ut dicitur. i. Coz. ii.
de amore dei et proximi et bonis opibus.
Per aurum enim quod est incorruptibile in-
 telligitur amor dei. qui non corrumpitur
 nec finitur. Fides enim hic finitur. et ei succe-
 dit apta visio. Spes hic finitur. et ei suc-
 cedit plena possessio. Caritas autem non
 finitur sed hic incipit et ibi completur. quia
 non est aliquid melius quod sibi succedere
 possit. Per argentum intelligitur amor
 proximi. Sicut enim post aurum argen-
 tum est preciosius. sic post preceptum de
 amore dei. preceptum de amore proximi
 est maius sicut dicit Ysa. xxii. Per la-
 pides preciosos intelligunt bona opera.
Nam quilibet elemosina. quilibet oratio.
 quodlibet ieiunium sunt lapides precio-
 si. Per paupes igit nos recipient in suas

domos celestes si nos eos recepimus in nostras domos terrestres. **Aug. 9.** **D**ia bona sua dominus dedit duobus hominibus diuitibus terrena, pauperibus celestia, sed deus volens utriusque saluare constituit, ut hic diuites in sua hereditate recipiant pauperes in sua hereditate eos collocet, ut in eterna hereditate, uterque pro alio collocet.

Dominica decima.

Sermo primus.

Quoniam appropinquaret hierusalem videns civitatem fleuit super illam. **Luc. xxix.** Sicut dicit **Ecc. xix.** Ex visu cognoscit vir, et ab occurso faciei cognoscit senes, amictus corporis, et risus detur, et ingressus hominis enunciant de illo. **Ex** istis quatuor in isto evangelio Christus cognitus fuisse videtur. **Primo** ex visu faciei, quate fuerit maiestatis, quia sic dicunt sancti, quodam splendor mirabilis de eius facie, precedebat, ita quod nullus in eius faciem intueri, nec sibi contradicere audebat. **Secundo** ex amictu, quante fuerit iusticie et equitatis, quia iusticia se induit, quia vendentes et ementes de templo eiecit. **Job. xxix.** Iusticia induit sum, et uestiuit me sicut uestimeto. **Tercio** ex fletu non ex risu, quate fuerit compassionis. **Quarto** ex ingressu, quante fuerit deuotionis, quando enim homo libenter gradit ad spectacula, signum est vanitatis, quando vero libenter itur ad ecclesiam, signum est deuotionis. **Christus** autem quocumque hierusalem veniebat, mox ad templum ibat. **In** patris evangelio tria de christo tangunt. **Primo** quod christus fleuit post honorem sibi exhibitum. **Supra** enim immediate legitur, quod cum appropinquaret ad descensum montis oliueti, turbe sibi

occurrerunt, et cum canticis et laudibus eum susceperunt, et cum approbuerunt hierusalem. **Fleuit** super eam. **Ex** qua re voluit ostendere quod mundana leticia cito conuertitur. **Prover. xiiii.** **R**isus dolore miscbitur. **Est** autem leticia mundana, sicut vinum purum, quod cito inebriat nisi temperetur, meditazione mortis, et recordatione alicuius aduersi preteriti, vel timore aduersi futuri. **Ecc. xi.** **I**n die enim sunt qui immemor sis malorum. **Tria** enim sunt que occidunt hominem, scilicet leticia, tristitia, et ira nisi temperentur. **Nimia** enim leticia aliquid quando subito occidit, quia cor tumulum dilatat, et calor ad exteriora transit, et a corde deficit, et ideo mors interuenit. **Unde** refert **Valerius**, quod cum cuidam mulieri mors filii absentis errore fuisset nunciata, dum illa meres sederet, subito filius aduenit, quem illa videns subito in amplexus eius ruit, et mox exanimata corruit. **Legit** de **Aristo**, quod cum remearet ad propria, nunciavit matri sue aduentum suum, dicens. **De** turberis cuius preceperis de infirmitate mea modica, statim ut euasit similans se infirmari, ut leticiam matris temperaret dolore, ne ei eueniret, sicut euenit mulieri prehabite, que ruerat in amplexus filii ad se venientis. **Tristitia** autem non occidit subito, sed paulatim, quia in tristitia primo retrahit calor naturalis ad interiora, et postea exalat ad exteriora. **Et** talis exalatio caloris, propter nutritionem in membris operatur consumptionem in illis, et ideo pro processum temporis sequitur ethica. **Prover. xvii.** **S**piritus tristis exsiccat ossa, et ira vero nunquam occidit, quia in ira non solum calescunt membra interiora, sed etiam exteriora, et sic remanet calor in sua radice.

ideo mors in homine non causatur.
Ex his dat' intelligi q' nimia leticia ⁊
tristitia animam occidunt. Propter p
mum dicit Prover. i. Prosperitas stul
torum p'det illos. Propter scdm dicit
ii. Coz. vii. Seculi tristitia mortem
opat. In hoc tamen differunt quia ci
tus morit' anima in p'speritate q' in
aduersitate. Aug. in li. l. Omel. Alti
res aduersas timet, prospas no timet,
q' aduersa tamē est res p'spera animo.
q' aduersa corpori. Prius em corrup
punt p'spera vt inueniat quā frangāt
aduersa. Quādo sanctus Dauid Saul
inimicum patiebat, aliam nō concupi
uit uxorem. Et ubi factus est securus
tumor exereuit ⁊ in adulteriu ⁊ homi
cidium cecidit. Ira nero que est p zelū
nō occidit sed vniūficat ⁊ illuz qui sic
irascit quia meritum inde acquirit. et
illum contra quē irascit quia sepe ad
vitam gratie redit Ezechiel. iii. Si tu
annūciaueris iusto vt non peccet ⁊ ille
nō peccauerit viuens viu ⁊ quia annū
ciasti ei ⁊ tu animaz tuam liberaſti. Se
cundo tangit q' xp'us fleuit sup immi
nens piculum cum dixit. Si cognouis
ſes mala tibi imminētia ⁊ tu ſc'z fleres.
Sungz autem vicibus xp'us legit fle
uisse. Primo ex ifātuli necessitate Sa
pien. vii. Primā vocem emili ſimilem
omnibz plorans. Dnō cantat ecclesia
Uagit infans inter arta ⁊ c. Et ſignat
flecum quo flere debemus quia in hac
miseria poſiti ſumus. Aug. Puer qui
naſcit' incipit a ploratu. Lacrimę tes
tes ſunt miserie. Nondū loquit' ⁊ iā p
phetiſat. Iſta autem miseria incipit a
natiuitate. continuat' in vita ⁊ p'tendi
tur uſq' ad mortē. ideo vita humana
fluuiū comparatur. Fluuiū em in princi

pio ⁊ in fine habz amaritudinē quia
a mari orit' ⁊ in mare p'gredit'. In me
dio autem habz labilitatē. Sic natiui
tas noſtra quia immunda vita ama
rior quia labilis ⁊ caduca. Dors vel
ro amariffima quia piculoſa. Secūdo
fleuit ex nimia compaſſione. ſicut p'tz
hic ⁊ ſignat flectum quo flere dedemus
ſup calamitatibus miſeroꝝ. Job. xxx
Flebaz quondam ſup eo qui afflicto
erat ⁊ c. Iſta autem compaſſio maior
fuit in xp'o q' in aliquo alio. Et rō est
q' compaſſio aliquādo cauſat' ab a
more naturali ſc'dm q' homo hominē
naturaſr diligit. ⁊ ideo naturaliter cō
patit' homo homini afflicto. imo nō
videt' eſſe homo ſed beſtia crudelis q
hominē afflicto non odolet. q' tamē
iſte amor eſt paruus. ideo paruū mo
uet. Aliquādo cauſat' ab amore accidē
tali ſc'dm quē homo diligit aliū qua
dam amicitia temporalī. ⁊ ex tali amo
re compatit' amico dolet. nō tamē qz
homo ſz quia amicus. iſte amor ma
gis mouet q' primus amor. Aliquan
do cauſat' ab amore ſpūali ſecundum
quē homo diligit alterū in deo. ⁊ ſecū
dum deum ⁊ eſt maior q' primus vel
ſecundus quia nō tm facit duo corda
eſſe vnum. Actu. iiii. Dulcedinis cre
dentium erat cor vnum ⁊ anima vna.
⁊ c. Sed vt ambo ſint vnius corporis
miſtici. ⁊ ideo ſi dolet vnum mēbrum
cōpatit' aliud. ⁊ iſte amor magis mo
uet q' primus vel ſecundus. Et quia iſte
amor in xp'o fuit maior q' in aliquo
alio. ideo in eo compaſſio maior fuit.
Sed multi ſunt qui hanc compaſſio
nem nō habent. Aug. Sunt ne in te viſ
cera compaſſionis xp'iane. qui plāgis
corp' a quo reſeſſit amia ⁊ nō plāgis

animam a qua recessit deus. **Tercio** fleuit ex immenso amore sup Lazary mortuū. **et** significat fletum quo flere debemus illos q mortui sunt in peccatis. **Hiere. ix.** **Guis** dabit capiti meo aquā et oculis meis fontem lacrimarū. **et** plorabo die ac nocte interfectos populi nostri. **Aug** sup psal. **Mulci** male gemunt gemo et ego. quia opator his qui male gemunt. amisit nūmum minimum et gemit. amisit deū et nō gemit. **Ecccl. xxii.** **Sup** mortuum plora quia deficit lux eius. **et** sup fatuum plora deficit em sensu. **Et** infra. **Luctus** mortui septē dies. **Fatui** autem et impii omnes dies vite illoz. **Ex** quibus verbis habet q tres sunt plorandi. scz mortuus. fatuus et impius. sed differenter. **Mortuus** autem est plorandus sed paruo tempore. **Fatuus** autem plorandus est toto tēpore vite sue. **Impius** autem plorandus ē in tota vita sua et etiā post vitam suā. **Quarto** fleuit xps ex viscerosa pietate sup casu iude. **Aug.** in quodam sermone **Dominus** noster delictum iude lacrimauit. **ut** em ait euāgelista **Cuz** vidisset cum turbatus est. et dixit. **Unus** ex vobis me tradet. **Quāta** misericordia dei. traditus p traditore dolet. **p** dicitur a proditore turbat. **p** qd dat intelligi. **q** debemus flere platos et clericos quādo cadunt. quia eoz casus est valde piculosus. **Sicut** em bonus sacerdos vocat angelus. **ut** dicit. **Mal. ii.** sic malus vocat dyabolus **Jo. vi.** **Nōne** duodecim vos elegi. et vnus ex vobis dyabolus est. **Crisos.** **Nihil** in tm̄ destruit ecclesiam dei. sicut clericos laycis esse deteriores. **Isa. xxiiii.** **Erit** sicut populus sic sacerdos. **Ber.** **vt** nā sic et nō peior populo sacerdos. **Quin**

to fleuit ex intimo dolore et hoc i cruce. **ut** habet **Hebre. v.** et signat fletū cōpunctōnis quē dēnt habere illi. q sunt in cruce penitentie. **psal.** **Lanabo** p singulas noctes lectum. **et** **Aug.** **Sciat** se culpabiliter durum. q deslet mortem a mic. **uel** damna rei temporalis. **et** dolorem peccati nō ostendit in lacrimis. **De** isto fletu dicit **Glo.** sup **Thobiaz.** **Orō** diu lenit lacrima cogit. **hec** unguilla pungit. **Quāuis** igit xps tot vicibus fleuerit. **risisse** tm̄ nō legit. **Bern.** **Xpm** fleuisse. **risisse** uero aut leniter. **io** casse nūq̄ legimus. **Crisos.** **Frequēter** inuenis dominū flentem nūq̄ autem ridētem. **nec** saltem leniter subridētem. **nec** hoc dico ut risum penitus absceda. **sed** ut dissolutōnem extingua. **Tercio** ostendit in euāgelio q xps post fletū assumpsit magnū zelum. **quia** de templo expulit vendentes et ementes. **Dicitur** **Jo. ii.** q expulit de templo oues et boues et nūmularios et vendentes columbas. **quia** platos debz constanter reprimere ypocritas pellem ouinaz simulates. **tirānos** cornu sue potētie bonos ventilantes. **vsurarios** et symoniacos. **dona** sanctis p̄s qui p colūbam intelligunt vendentes. **De** zelo autē et constantia plati dicit **Eze. iii.** **ut** adamantem et ut silicem dedi faciem tuam. **Hiere. ii.** **Ego** quippe dedi te in columnam ferream et in murum eneam super omnem terram. **Ex** quibus verbis habetur. **q** constantia plati debet esse in star adamantis silicis ferri. **et** **Adamas** sicut dicit glo. **Est** in honore. **Et** quāuis cum ferro ponat tamen nō extollit. **Silex** est in conculcaciōem et nō frangit. **ferrum** omnia domat. **Es** repulsū resonat. **Tunc** igit prelatū est

sicut adamas / quando impēsus honor
ipm nō extollit / tunc est sicut silex qñ
nulla aduersitas ipm frangit / Tunc ē
sicut ferrum / quando colla tirānoꝝ po
tēter pmit. tunc est sicut es quando ad
uerſitatibus pressus dei laudeꝝ depro
mit.

Sermo secundus.

Quoniam dies in te et circūdabūt
te inimici tui uallo. **7c.** Sicut
legit in li. qui dicit mitralis.
Istud euāgelium ideo in mense augus
ti decantat / quia ciuitas hierlm in illo
mense primo a nabuchodonosor / de
inde a romanis destructa fuisse inueni
tur / **Supradicta** autem uerba q̄ de ci
uitate destructōne dicunt intelligi pñt
falsiter et moraliter / **Q̄** tuz em ad litte
ram **vez** fuit q̄ romani pñces **Des**
pasiānus et Titus hierusalem obsederūt /
et circa eam fecerunt tres aggeres sup
aggeres fecerunt ualluz. i. concathena
curā de uallis / hoc est de palis / **Capiē**
tes autem ciuitatem eam destruxerunt /
Iudei autē qui in siluis et in speluncis
latitauerant reuerūt et ciuitatem reedi
ficare ceperunt / **Tunc** romani illuc mi
serunt **Eliam** adrianum. qui ciuitatem
funditus euertit / ita q̄ lapis sup lapi
dem nō remansit / iuxta locum tamē il
lum quādam ciuitateꝝ eis reedificauit.
et suo nomine eam **Eliam** nominauit.
et longo tempore sic uocata fuit / **Q̄**
autem illa ciuitas non sit mō ut priꝝ
erat pꝝ quia sepulchroz xpi erat extra
muros. **Modo** autem in medio ciui
tatis est. **Istam** autem uictoriam. ut
dicit **Aug. sup psal.** romani a deo ha
buerunt / **Ipsi** diis suis ascriberent / **Et**
dicit **Aug. ibidē.** q̄ in hoc romani fac
ti sunt instrumentum irati / non regnum

placati / facti sunt securis dei qua iudi
sunt excisi / et uirga dei qua sunt p me
ritis flagellari. **Et** subdit **Aug.** q̄ pa
ter quando filium uerberat uirgaꝝ pu
cit in ignem. et filio seruat hereditatem.
Sic romani illi perierunt et multi ex iu
deis crediderunt. et in fine mundi credi
turi sunt. **Noluit** em deus ut iudei pe
nitus consumantur. sed dispgant pp
ter tres causas. propter quas etiam ec
clesia nō psequit iudeos / quibus psequa
tur hereticos / **Primo** quia in fine mun
di omnes debent conuerti. iuxta psal.
Conuertent ad uespam / **Secundo** ut
sint nobis memoriale dominice passi
onis / quotiens em iudeos uideamus. to
tēs passiōis domini recordamur ps.
De occidas eos / ne quando obliuiscan
tur populi mei / **7c.** **Tercio** qm̄ ipsi sunt
librari nostri. **Aug. sup psal.** **De** for
te pagani dicāt nobis / uos xpiani lit
teras istas composuistis / pferimꝝ co
dices a iudeis inimicis ut cōfundamꝝ
alios inimicos. **Codiceꝝ** portat iudeꝝ
ut inde credat xpianꝝ / **Librari** nostri
facti sunt. quō serui post dominos co
dicem ferre solent. **Causa** autem huius
euerſionis ponit cum dicit. **Ex** eo q̄
nō cognouisti tempus uisitatiōis tue
Hiere. viii. **Miluus** in celo cognouit
tempus suum / **turtur** et **burundo** et **cico**
nia custodierunt tempus aduētus sui /
populus autem meus nō cognouit iu
diciꝝ domini / **Glo.** **Aues** sua nouerūt
tempora. ut sciant quando ad calida
festinantes loca / **rigorem** hiemis decli
nare debeant / et ueris principio ad so
litas redire regiones / **De** miluo autem
vnum uerbum moraliter uideamus.
Dicit autem q̄ primo anno est multū
audax et multe magnanimitat. et mag

nas capit aues. In secundo anno efficitur pusillanimis ad capiendos pullos et passeris se conuertit. In tercio timidior efficitur. ita quod muscas et vermes sibi querit. In quarto sic est timidus quod nihil viuum audet inuadere. sed ad caudera bestiarum se conuertit. In quinto fit sic miser. quod nihil tangere audet. et sic fame moritur. Sic etiam sunt multi qui primo anno conuersionis opera fortia faciunt. In secundo efficiunt tepidi. ita quod vix parua facere volunt. In tercio cogitationes volatiles et immundas recipiunt. In quarto ad immundicias peccatorum redeunt. In quinto tantam famem semper inueniunt. quod in tali fame miserari moriuntur. Secundo possunt uerba illa exponi moraliter. peccator quidem in morte circumdatur. eo angustatur. et ad terram prosternitur. et lapis super lapidem non relinquitur. Circundatur a demonibus. Venit quidem dyabolus ad christum morientem. venit ad bonos. venit ad malos. sed differenter. venit ad christum quidem sed nihil inuenit suum. Io. xiiii. Venit enim princeps huius mundi. et in me non habet quicquam. Grego. in Dmel. Et hunc mortalem hominem vidit. suum aliquid inuenire in ipso posse se credidit. sed sine ullo peccato a mundi corruptioe exiit. qui sine peccato in mundum uenit. Ad bonos etiam uenit et suum aliquid in eis inuenit. sed tamen eos rapere nequit. quia christus pro eis debitum soluit. Grego. Venit inquit princeps mundi huius. et hoc dicere non presumpsit. Petrus clauiger celestis. nec paulus ad celum raptus. nec Jobanes in sinu christi receptus. quia sine culpa in mundo esse non potuit. quia in mundum cum culpa uenit. Venit et ad reprobos. et sua multa in eis inuenit.

et eos ad tartara rapit. Grego. Maligni spiritus ab anima egrediente opera requirit mala. que suaserunt replicant ut secum ad tormentum trahant. Spaliter autem dyabolus ad morientes uenit ut de articulis fidei eos temptare possit. Non enim tunc dyabolus homini morienti immittit suggestiones diuitiarum. uel bonorum uel deliciarum. quia possit sibi moriens respondere. ad quid mihi diuitie. quia eas mecum non possum portare. ad quid delicie. quia vermes statim corpus meum debent comedere. ad quid bonores. quia statim in puluerem debeo redire. et ideo immittit suggestiones de fide que est fundamentum. ut illo destructo totum edificium destruat. ideo in ordine nostro est laudabilis consuetudo. ut cum aliquis frater in extremis laborat facto aliquo signo. fratres ubi cumque sint siue in lectis siue in mensa surgunt. et ad morientem dicendo symbola fidei currunt. Secundo peccator in morte eo angustatur a peccatis. demones enim omnia peccata ad memoriam sibi reuocantur ad desperationem trahant. Grego. Maligni spiritus animam undique angustant. quando ei non solum operis. uerum et locutionis et cogitationis iniquitates replicant. ut que prius se per multa dilatauit in scelere. ad extremum de omnibus angustetur in retributione. Peccata enim illa anima non potest negare. nec illa effugere. nec ea emendare. ideo in angusto et in arcto multum posita erit. Bern. Tunc loquuntur simul eius opera dicent. Tu nos egisti opera tua sumus. nec te deseremus. sed spiritus tecum erimus. tecum ad iudicium pergemus. ideo non est tunc hominem in extremis laborantem iudicare ad recordationem suorum peccatorum. sed potius ad spem

diuine misericordie / ad memoriam do-
minice passionis / ⁊ ad recordatōnem
suoꝝ meritoꝝ / que in vita fecit ⁊ pro
quibus de dei misericordia sperare p̄t
Tercio homo in morte ad terrā p̄ster-
nitur. quia corpus incinerat. Ecc̄. iiii.
De terra facta sunt. ⁊ in terram p̄ter re-
uertent. Doluit aut̄ dominus hominē
facere de aqua. ne ess̄ nimis deliciosus.
Nec de aere. ne ess̄ nimis sup̄bus. Nec
de igne. ne ess̄ nimis iracundus. sed de
terra que est elemētum frigidus ⁊ siccū
⁊ infimum. ut p̄ hoc daret̄ intelligi. q̄
homo debz esse frigidus ab igne iracū
di. siccus ab humore lasciuie. ⁊ infim⁹
a tumore sup̄bie. Quāuis autem deus
homini fecerit corpus terrestre animā
tamen fecit celestem. Unde sancti viri
lz in terra habitauerit corpore. in celo
tamen habitauerunt mente. Dicit igit̄
deus in iudicio auaris. terra es ⁊ in ter
ra infernali sepelieris. Dicit iracundis.
ignis es ⁊ in igne gebenne combureris.
Job. xxxi. Ignis est usq; ad cōsump
tōnem deuorās. Dicit deliciosus aqua
es ⁊ in aquis infernalibus demergeris
Exo. xv. Submersi sunt quasi plūbū
in aquis uehementibus. Dicit sup̄bis.
xxx. Eleuasti me ⁊ quasi sup̄ ventum
ponens allisisti me uatide. Bonis aut̄
qui habuerunt animū celestem. dicit. ce
lum es ⁊ ideo in celo regnabis in eternū
Mat̄. a. xxv. Possidete paratum uobis
regnum. Quarto lapis sup̄ lapidez
nō relinquet. q̄ qualiter sit intelligēdū
Grego. ostendit in Dmet̄. dicens. puer
sa mens cum puerse cogitatōni adhuc
puerfiolem adicit. quid aliud q̄ lapi
dem sup̄ lapidem ponit. Sed cum ad
ulcionem suā anima ducit. omnis illa

cogitatōnum suarum constructio dis-
sipat. iuxta qd̄ est scriptuz. In illa die
p̄ibunt omnes cogitatōnes eoz. Nec
miruz si anima sic dissipat̄ in morte. q̄
p̄ri⁹ fuerat dissipata in uita. sicut ostē
dit Orig. dicens. Verus xp̄i cultor tē
plum est dei integrum ⁊ p̄fectuz. sed si
fidem teneat ⁊ opa deserat. templum ē
ex parte cōsistens ⁊ ex parte destructuz.
Si autē in pctō p̄maneat. sic paulatim
minuit̄ donec in eo lapis sup̄ lapidez
mandatorum dei non remaneat. q̄ nō
destruat̄.

Sermo terci⁹.

Domus mea domus orōis vo-
cabit̄ ⁊ c. Consuetudo xp̄i erat.
q̄ quādo ueniebat hierusalem.
mox ad tēplum currebat. qd̄ faciebat
duplici de causa. ut dicit Crisost̄. Pri
mo. ut in hoc exemplum nobis daret.
Unde dicit. p̄prium erat boni filii ue
nientis hierlm. ut ad domum curreret
patris. tu autem imitator xp̄i factus.
cum aliquā ingressus fueris ciuitatē. p̄
mo ante omnē actum ad eccliam dēs
currere. Secundo. ut sacerdotium sana
ret. Dicit em̄. q̄ sacerdotū est sicut sto
machus in corpore. quia sicut stoma
cho languente omnia alia membra lā
guent. Sic quādo sacerdotū languet
languent omnia membra subditoruz.
ideo xp̄s originem sue passionis cura
re uolens. ad templum uenit ⁊ uendē
tes ⁊ ementes eiecit. Sacerdotes em̄ in
atrio templi boues ⁊ oues tenebant. ne
ex defectu hostie se aliquis excusaret.
Campores etiam ibi tenebant ut non
habentibus unde emerent. pecuniā mu
tuarent. Ista autem tanta auaricia sa
cerdotum fuit magna causa destructō
nis iudeoz. Unde dicit Beda. Post

numerata mala ingressus in templum.
videntes et ementes eiecit in hoc immi-
ens quod ruina populi maxime sacerdotum
culpa fuit dum enim videntes et ementes
percutit ostendit unde radix perditionis
processit. Exponens autem supradic-
tum verbum dixit. Domus mea domus
oronis est. Domus autem dei ad qua
duplex officium est facta sicut ex parti
euangelio colligitur. Primo enim facta est
deo ad habitandum. quod notat cum di-
citur Domus mea. id est mihi ad habitan-
dum electa. Apocal. xxi. Ecce taberna-
culum dei cum hominibus habitabit et
ii. Paral. vi. Elegi locum istum ut sit
nomen meum ibi in sempiternum et per
maneant oculi mei et cor meum ibi cunctis
diebus. Ex quibus verbis habet quod
deus in ecclesia ponit oculos suos no-
men suum et cor suum. Oculos suos ibi
habet quibus videt orones genuflexio-
nes lacrimas bonorum quibus etiam vi-
det vanitates ornamentorum. Ambro-
sius primam epistolam ad Thimoteum. Qui in orone
vult exaudiri amota a se pompa in-
clinare sedet ut dei misericordiam puo-
cet. Habitus namque superbus non impetrat
quod orat nec de se recta facit credi et quod
magis hominibus mulier splendescere videtur
tanto magis a deo despicitur.
Videt etiam illos et illas qui verba va-
na et detractoria in ecclesia loquuntur.
Legitur de sancto Syro episcopo ianueni-
si quod semel in ecclesia consistens in risu est
maximum provocatus asserens se vidisset
demonem loquentem in ecclesia conscri-
bentem et cum carta deficeret et ille cum
dentibus eam elongare vellet subito car-
ta fracta caput valido ictu murum im-
petuit ita ut sonitus collisionis et vul-
nus capitis sequeretur et sic ille evanuit

Videt etiam illos qui ecclesiam polluunt
per aliqua illicita vel secularia que ibi fa-
cunt. Legitur quod pompeius equos in por-
ticum templi stabulari fecit et cum usque ad
diem illam fuisset fortunatissimus nunquam
postea pugnavit quin semper ab hosti-
bus vinceretur. Secundo ibi habet nomen sum-
ma quia domus dei vocatur. Domus autem
a domo domas appellari consuevit quod
domant id est humiliant in ea habitan-
tes et ex hoc humiles et boni sunt do-
mus dei. Superbi autem debent vocari
domus luciferi. Et secundum hoc po-
terit derivari a doma quod vulgari-
ter sonat vorst que eleuat super omnes
structuram domus et optime hoc no-
men superbis competit talibus qui glo-
riantur et utuntur ea cum etiam hoc deri-
vetur a super et beo beas quia talis vult su-
per omnes esse beatus et eleuatus. Qua-
rum et usurari domus mamone debent
appellari. Luxuriosi et immundi domus
asimodi. Instabiles et querulosi domus
bezebut qui dicitur deus musca. Ter-
tio deus habet ibi cor suum. Dicit enim
Mat. vi. Ubi est thesaurus tuus ibi et
cor tuum. Thesaurus dei est corpus christi
quod in ecclesia consistit sunt sacramenta ec-
clesie ideo que ibi ministrant suspiria
et orones sanctorum que ibi funduntur
thesaurus etiam dei est christi meritum
infinitum et excellentia et superabundantia
merita sanctorum virorum de quibus
thesaurus ecclesia indulgentias facere con-
suevit. Secundo ecclesia facta est ad ora-
dum. Unde subdit. Domus oronis est
ii. Paral. vi. Quicumque orauerit in lo-
co isto exaudies de habitaculo. Tribus
autem de causis contingit ut dicit Be-
da. Quare orones nostre aliquando non
exaudiuntur. Primo quando petimus

indigna et nobis nocina sicut tempo/
ralia et terrena. Legit in fabulis poe/
tarum quod mida rex petuit ab appolline
ut quicquid tangeret aurum fieret et con/
cessum est ei. Cum igitur cibum vel potum
manibus vel labiis tangeret mox ver/
tebat in aurum. et sic fame mortuus est.
Sic etiam habundantia diuitiarum facit
auarum famelicum. et ipsum trahit ad inte/
ritum. i. Tibi. vi. Sui voluit diuites fie
ri. Et subdit Sui mergunt homines
in interitum. Secundo quoniam petimus indigni
existentes in aliquo crimine. Ysa. i.
Cum multiplicaueritis orationes non ex/
audiat manus enim vestre sanguine ple/
ne sunt. Tren. i. Opposisti nubem tibi
ne transeat oratio. Lacha. v. Misit mas/
sam plumbeam in os amphore. i. anie.
et dixit hoc est iniquitas. Ex his habe
tur. quod peccatum tanquam sanguis orationem ma/
culat. et ideo non audiat coram dei oculis
apparere. tanquam nubes eam obtenebrat
et ideo nescit per viam incedere. tanquam plu/
bium eam pregrauat. et ideo non potest
in celum ascendere. Tercio quando peti/
mus per indignis. Nier. xv. Si steterint
Moyses et Samuel coram me non est
anima mea ad populum istum. Legit in
viraspatz quod cum quidam sanctus per
alio oraret. vidit deo sibi reuelaret spi/
ritum fornicationis diuersis formis mu/
lierum coram fratre ludente et ipsum ap/
plaudente. vidit etiam angelum ipsum
increpantem quare se non iuuaret et dix/
it ei senior. Impossibile est quod tu sane/
ris nisi te adiuues orationibus viriliter
et temptacionibus dyabolicis viriliter
resistendo. et corpus ieiunio maceran/
do. quod cum ille fecisset liberatus est. Si
etiam de aliquibus constaret quod peccati
essent ad condemnationem. non plus per

ipsis quam pro demonibus esset orandum.
Aug. de ciui. dei. Si ecclesia certa esset de
aliquibus quod predestinati essent ad ignem
eternum cum diabolo. tam pro eis non
oraret quam nec pro ipso diabolo. Sed
quia de nullis certa est orat pro omnibus
dicat hominibus in hoc corpore con/
stitutis. Tercio ecclesia facta est ad deum
laudandum. unde cum pueri christum lau/
darent ut dicitur parum supra et phari/
sei hoc reprehenderet dixit christus. Dico
uobis quod si hi tacuerint lapides clama/
bunt. Iste enim laudes pueroz facte fu/
erunt in templo. ut dicitur Mat. xxi. Iste
enim laudes in septem horis canonicis
sunt fiende. In matutinis enim deus lau
datur. quia illa hora christus fuit natus. a
Iuda traditus. a iudeis captus. et illu/
sus. et ad iudicium credit esse venturus.
iuxta illud Mat. xxv. Media nocte
clamor factus est etc. In hora prima
deus laudat quia tunc celum et terram
ad nostrum seruitum creauit. ad templum
personaliter christus ire consuevit. iuxta illud
Lu. xxi. Omnis populus manibabit id
est mane festinabat. ad ipsum in templo
scilicet existentem. mulieribus etiam post re/
surrectionem in hac hora apparuit. In
hora tertia laudat. quia tunc christus ad
columnam flagellatus fuit. sententiam sue
mortis accepit. et spiritum sanctum misit. In
sexta laudat. quia tunc christus in cruce
fuitifixus. sol fuit obscuratus. et christus
volens in celum ascendere. fuit cum dis/
cipulis conuatus. In nona laudat. quia
tunc christus in cruce spiritum emisit. vulnus in
latere accepit et celos ascendit. In ves
peris laudat. quia tunc sacramentum cor/
poris et sanguinis instituit. discipuloz
pedes lauit. et in habitu pegrini resur/
ges apparuit. In completorio laudat

quia tunc xpus sanguineas guttas su-
clauit. De cruce depositus in monumē-
to clausus fuit. et post resurrectionē clau-
sis ianuis ad discipulos introiit. **Quar-**
to ecclia facta est ad docēdum. unde
subdit. **Et erat cotidie docens in tem-**
plo. Ille autem qui docet salubriter
debet docere. et debet habere vitam per-
fectam. doctrinam claram et sonoram.
caritatem succensam. et in his omnibus
finalem perseverantiam. **Haec quatuor sig-**
nata sunt. **Exo. xxviii.** **Obi dicit** quod in
parte inferiori per circuitum tunice sacer-
dotalis erant malagranata et tintinna-
bula aurea. **per malagranata** que habent
in cortice amaritudinem. et intus dulce-
dinem. significat perfecta vita doctorum.
quod debent habere asperitatem vite in cor-
pore. sed dulcedinem deuotionis in me-
re. **De quibus dicit Bern.** **Multi vident**
crucem nostram. qui non vident unctio-
nem nostram. **per tintinnabula** significa-
tur doctrina. que debet esse clara. et sono-
ra. quia sicut dicit. **1. Cor. xiiii.** **Si in**
certam vocem dederit tuba. quis pro-
bit se ad bellum. **per hoc autem** quod tintin-
nabula erant aurea significat caritas
succensa. **per aurum enim** feruor caritatis
accipit. qui tantus debet esse in predica-
tore ut non dimittat eum tacere. **Niere.**
xx. **Factus est sermo dei in corde meo**
quasi ignis estuas. claususque in ossibus
meis. et defeci ferre non sustinens. **per hoc**
autem quod tintinnabula erant in fine tuni-
ce signat finalis perseverantia. sine qua nul-
la bona sunt deo accepta. **Ber. in epla**
ad ianuen. **Tolle perseverantiam** nec ob-
sequium mercedem habet. nec beneficium
gratiam. nec laudem fortitudo.

Dominica undecima.

Bermo primus.

Duo homines ascenderunt in
templum. ut orarent. unus pha-
riseus. et alter publicanus. **Luc.**
xviii. **Sicut dicit in historia sco-**
lastica. pharisei dicunt diuisi. quia a
ceteris iudeis in quibusdam obseruatiis
diuisi erant. **Nam in fronte** et in mani-
bus membranas portabant. in quibus
decalogus scriptus erat. ad inuēdum
quod dei precepta ante oculos habere
debebant. per iugem meditationem. et in
manibus per impletionem. in simbriis et
pallio spinas alligabant. ut inceden-
tes pungerent. et sic mandatorum dei me-
mores redderent. **De horum numero** erat
ille phariseus. de quo in principio euange-
lio agit. qui cum publicano in templo
ascendit. et quis ex societate publicani
debuisset humiliari. magis tamen in-
intumuit. **Unde super illud** velut etiam
hic publicanus dicit iterlinea. **Ecce ex vi-**
cino publicano maior tumoris occa-
sio. **Superbus enim** ex malis et ex bonis
proximi semper facit damnum suum. **si**
habet iuxta se miserum. inde magis in-
flatur. **si felicem** luore torquet. **et contra**
humilis ubique lucratur. **si habet iuxta se**
miserum compatitur misero. **si felicez in-**
magis humiliatur. **Habuit autem iste pha-**
riseus bonum principium. sed malum
exitum. **Habuit quidem bonum prin-**
cipium. quia ascendit in templum ut o-
raret. **propter hoc enim** quilibet ad eccle-
siam ire debet ut ibidem oret. **non ut se**
ostendat. sicut vane faciunt mulieres.
Est autem oratio. ut dicit **Dan.** **petitio**
decentium. a deo enim debemus petere ea
que de deo dare. et nobis expediunt ac-
cipere. **Que autem sunt illa** dicit **Glo.**
super illud. **Mat. xxvi.** **Oravit tercio** cum
dem sermonem dicens. **Tribus inquit**

vicib9 orauit. ut nobis a p̄teritis pec/
catis veniam. ⁊ a p̄ntibus malis tutelā.
⁊ a futuris piculis cautelam impetra/
ret. **De primo Eccl. xxviii.** Fili in in/
firmitate tua. ne despicias teip̄m. sed o/
ra deum. ⁊ ip̄e curabit te. **De secundo.**
Mat. xxvi. Vigilate ⁊ orate ut nō in/
treis in temptatōnem. **De tercio Lu.**
xxii. Vigilate omni tempore orantes.
ut digni habeamini fugere que ventu/
ra sunt. **Decet etiam deum nobis dare**
celestia ad fructiōem. ⁊ temporalia ad
sustentatōnem. sed ista duo differēter
petenda sunt. Bona enim celestia sunt
simpliciter bona magna ⁊ eterna. quia
igit sunt simpliciter bona. petenda sūt
sine conditione. quia magna petenda
sunt cum magno desiderio ⁊ feruore.
quia eterna. petenda sunt cum pseuerā
tia ⁊ continuatiōe. Bona temporalia
nō sunt simpliciter bona. ⁊ ideo petē
da sunt cum conditiōe. sunt bona par
ua. ⁊ ideo petenda sunt cum paruo de
siderio ⁊ affectōne. Sunt transitoria.
⁊ ideo petenda sunt sine instantia ⁊ re
plicatōne. Secundo iste phariseus ha
bit malum p̄gressum. Ascendit em̄ ut
oraret. sed nihil orauit. sed seip̄m lau
dauit. publicano insultauit. et ceteros
homines condemnauit. Tria quidem
mala ceteris imponebat. scilz rapinam.
adulterium. ⁊ iniusticiam. Sed contra
ista tria mala dicebat se hēre tria bo
na. Nam extra rapinam dicebat se ha
bere decimaz solutiōnem. quia nō tan
tum aliena nō rapiebat sed etiam sua
dabat. Contra adulterium dicebat se
habere sue carnis maceratōnem. dicēs
ieiuno bis in sabbato. Contra iniusti
ciam habebat publicanuz in asp̄natō
nem. quasi diceret ad deo sum iustus. q̄

omniuz p̄ctōrum cōsortia. sicut ⁊ istis
publicani abhorreo. ⁊ tamen in veri/
tate ip̄e erat raptor. quia gloriā que ē
propria dei sibi vsurpabat. **Ysa. xlii.**
Gloriam meam alteri nō dabo. Ip̄e
erat adulter. quia deum qui est spons9
anime relinquebat. ⁊ cum mundo ami
citiam fecerat. Iaco. iiii. Adulteri ne si/
tis. quia amicitia hui9 mundi inimica
est deo. Ip̄e erat iniustus. quāuis red/
deret sibi ip̄i qd̄ debz̄a eo q̄ ieiunabat.
⁊ deo in eo q̄ decimas dabat. proxio
tamen ius suuz nō reddebat. quia ip̄m
temere iudicabat. **Lic̄ autē sic se iusti**
ficaret duplex p̄ctm̄ in eo fuit. scz iusti
cia simulata. ⁊ tumens sup̄bia. Simu
labat em̄ se habere iusticiam. q̄tum ad
illam partem. q̄ ē declinare a malo. di
cens. Nō sum sicut ceteri hoim. ⁊c̄. Et
quātum ad illam que est facere bonuz
dicēs. Ieiuno bis in sabbato. ⁊c̄. Fuit
etiam in eo tumēs sup̄bia. p̄ quam pu
blicanum despiciebat. dicens velut etiā
hic publicanus. Quis autez pharise9
ista uerba sup̄be ptulerit. tamen veruz
dixit. qz in hoc mūdo sunt multi rap
tores. iniusti. ⁊ adulteri. Pauci sunt q̄
ieiunent. ⁊ qui decimas soluant. Rap
tores quidem sunt multi. Ysa. iiii. Ra/
pina paup̄ez in domo nostra. In hu/
ius significatōnem dicit **Leuit. xi. nē**
cipitrem nō comedes iuxta genus suū.
id est raptores uō imitaberis in rapi
na. Et dicit iuxta genus suum. qz tria
sunt genera accipitrum. Quidam enim
sunt q̄ tm̄ rapiunt sibi ⁊ pullis suis. si
cut accipitres siluestres. Alii sunt. q̄ tm̄
rapiunt dominis suis. sicut sunt accipi
tres domestic. Alii sunt qui rapiunt si
bi ⁊ dominis suis. sicut accipitres gu
losi qui anteq̄ domin9 ad eos veniat.

partem prede quā cepant comedunt. et
partem domino dimittunt. **Eodē mō**
sunt quidam q rapuūt sibi et filiis suis.
sicut usurarij et auari. **Prover. i.** Semi
te ois auari animas possidētum rapi
unt. **Alii sunt qui rapuūt tantum domi**
nis suis. sicut mali officiales et balani.
Abacuc. ii. De em ei q multiplicat nō
sua. **Alii sunt qui rapuunt sibi et alius.** si
cut raptorū socii. **Proverbi. xxiii.** De
emuleris viros malos. nec desideres eē
cum eis. quia rapinas meditat mens
eorū. et fraudes labia eorū loquuntur.
Sunt etiam in hoc mundo multi iniu
sti. de quibus dicit **Sapient. ix.** q dñs
creauit omnia in pondere. numero. et
mensura. **Sunt igit iniusti qui iniuste**
numerant. quia mala aliorū credunt eē
multa. sua uero pauca et nulla. de quo
rum numero erat iste phariseus. q ma
la aliorū numerabat et sua tacebat. **Alii**
sunt qui iniuste ponderāt. qui mala ali
orum faciunt grauiā et sua leuiā. **Ma.**
vi. Quid autem vides festucā in oculo
fratris tui. et trabē in oculo tuo nō
vides. **Alii sunt q iniuste mēsurant.** q
magnam mensuram pceptorū et penitē
tiarum alius imponūt. et ipi digiti suo
minimo ea tangere nolunt. vt dicitur
Ma. xxii. **Tercio sunt in mundo mlti**
adulteri. Et dicit adulter quasi adal
ter. qui scilicet ad alterius thoz accedit.
Gen. xlix. Effusus es sicut aqua non
crescas. qz ascendisti cubile patris tui
et c. **Ibi tamen nō tm̄ fuit adulteriū.** s
etiam incestus. **Legit in li. de naturis**
animaliu. q camelus nunqz matri so
ciatur. vl iungit. Et cuz magister came
lorū matri caput coopuisset. et came
lus sup eam saltasset. casu velamen ceci
dit. et cognita matre super magistrum

insurrexit. et ipm calcibus interfecit. **Su**
lier autem adultera peccat in deum. et
pceptum transgrediēdo. peccat in viz
ei fidem nō seruando. peccat in matri
monio heredes de adulterio nasciēdo.
de his dicit **Eccē. xxiii.** Omnis mulier
relinquens virum suum peccabit. **Primo**
em in lege altissimi incredula fuit.
Secundo virum suum dereliquit. **Tercio**
ex alio viro heredes sibi statuit. **Paul**
ti etiā sunt qui bis in sabbaro. i. in sep
timana. immo nec semel ieiunāt et tamē
libenter ieiunare deberēt. **Primo quia**
ieiunium dyabolum expellit. sicut fa
mes lupum de nemore eiecit. **Mat. ix.**
Hoc genus demoniorū nō eicit nisi in
orōne et ieiunio. **Ambro.** Vide qta sit
virtus ieiunii. quia ex spūto suo hō iei
unus serpentem occidit. **Secundo vi**
cia extinguit. et ad paradisu reducit. **Au**
g. tua qz diu abstinuit uirgo fuit et in pa
diso pmanit. quādo em pceptum ab
stinētie violauit. libidinis incēna sen
sit. et de paradiso eiecta fuit. **Tercio deū**
ad misericordiam cogit. sicut p3 in mi
sericordiam. contra quos deus cōminatus
fuerat penaz. sed ipi mutauerunt vitā.
et statim dominus mutauit sententiā.
Pauci autem sunt qui decimas soluūt.
cum tamen sit pceptū. **Mat. iii.** Infer
te omnē decimatiōem in horrei menz
et. **Bernātes** autē istud pceptum ab
drupliciter remunerant. **Primo remu**
neratiōne temporali. que est habundā
tia rerū. **Secundo remuneratiōne cor**
porali. q sanitas est corporum. de his
duobus **Aug.** Si decimas dederis nō
solum habundantiā fructū recipies
sed etiam sanitatem corporis cōsequere
ris. **Tercio remuneratiōne spūali.** que ē
remissio pctōz. **Quarto remuneratiōne**

celesti que est adeptio celestium p̄mio/
rum. de his duobus dicit Aug⁹. Cui
vult sibi premium eternuz compare ac
p̄dōrum ueniā p̄mereri decimas red/
dat. Cui autē decimas nō soluunt tria
mala incurrunt. **Primum** est penuria re
rum Aug⁹. **Maiores** nostri ideo copi
as omnibus habundabant. quia deci
mas dabant. **Secundo** autem quia dis
cessit deuotio dei. accessit indictio fisci.
Nam tollit fiscus. qđ nō recipit xp̄us
Idō hec est domini iustissima consue
tudo. ut si tu illi decimam nō dederis.
ad decimā reuoceris. **Secundum** est eter
num supplicium Aug. Redde decimas.
aliter deducens ad partem decimā an
geloz. que de celo cecidit in infernum.
Tercium est. quia hoc ē graue p̄c̄m. qz
tales vident crucifigere xp̄m. **Mal. iii.**
Si affligit homo dcum. quia vos cō/
figitis me. dixistis in quo configim⁹
te in decimis et primitiis interlinea. nō
reddendo scz decimas et p̄mitias. **Ter**
tio phariseus iste habuit maluz exitū.
quia dñs dicit reprobatus. **Fecit** em̄ sicut
stultus medic⁹. qui videt in se sanasse
vulnus lasciuie dicens. **Ieiuno** bis in
sabbato. **vulnus** auaricie dicens. deci
mas do rē. **Sed** nō sanauit vulnus su
perbie. **fecit** etiam sicut stultus nauta
qui in nauis cordis sui obstruxit fora/
men luxurie et auaricie. **sed non** supbie.
fecit etiā sicut stultus preliator. qđ omnia
hostia claustrī claudit. et vnum aptum
dimittit. **Gre. in moz.** Ecce phariseus
curritatem cordis sui insidiatibus hos
tibus p̄ elationem apuit. quā frustra p̄
orōes et ieiunia clauserat. **In cassuz** mu
nica sunt cetera. cū locus vnus de quo
hostibus p̄z aditus munitus nō est.

144
Sermo secundus. unde supra.
Publicanus a longe astans no
lebat nec oculos ad celuz leua
re sed pcutiebat pectus suum
et **Consciētia** hominis est qđdaz spe
culum mentis. in quo quilibz suaz pul
chritudinem et fedtatem speculari pōt.
Sepe autem contingit qđ ip̄m speculū
consciētie deprauat timore supbie.
et tunc est speculū mendax. quia nō in
dicat homini veritatem de se. hoc p̄t̄
in isto phariseo cui⁹ consciētia sibi mē
tiebat tanqđ si essz mūdus cum essz fe/
dus. idō bñ significat p̄ Naaman. iiii
Regū. v. Cui interpretat decorus. cuz
tamen essz leprosus. **Consciētia** autē
publicani fuit speculum verum. quia
in eo videbat se eē fedum. et ideo suas
feditates mūdare cupiebat dicēs. **Dez**
ppicius esto mihi p̄c̄tōri. **Uterqz** da
tus est nobis in speculum. scz pharise⁹.
ut videamus quātum sit macula sup/
bie detestanda. **Et publicanus** ut vi
deamus quātuz sit pulchritudo humi
litatis et penitentie desideranda. **Tenet**
autē publicanus iste typum peccatiuz.
penitētium et iustoꝝ. **Peccatiuz** quidē
quia dicit qđ publicanus erat qđ a lon
gestabat. et qđ ad celum oculos nō le
uabat. **p̄c̄m** em̄ in homine tria mala
facit. qđ ip̄m infamat. a deo elōgat. et ex
cecat. **Infamat** autem dum facit ip̄m
publicanū. i. publicum canem et publi
cum p̄c̄tōrem. quia publicanus dicit̄
quasi publicus canis. **Tales** em̄ publi
ci p̄c̄tōres quo ad deū et quo ad homi
nes sunt infames. **Hiere. iii.** Frons me
reticis mulieris facta est tibi. noluisti
erubescere. **Sunt** tamē alii qđ p̄ verecū
dia humana peccare dimittūt. s; qñ la
tere possunt peccare nō desinunt. **Eccl.**

xix. Si inuenerit tempus malefaciendi male faciet. Alii sunt q̄ q̄tumcūq̄ late- rent adhuc tamen pct̄m vitarent scien- tes se a deo latere nō posse. Eccl. xxiii. Omnia videt oculus eius. Alii sunt q̄ etiam si homines scirent latere. et deum ignoscere. adhuc tamen pct̄m vitarēt. In quoz̄ p̄sona dicit Seneca. Si scire homines ignoraturos. et deos ignosci- turos adhuc tamen peccare dedigna- rer. Illi igit̄ q̄ peccant occulte sunt ma- li. Illi qui publice sunt pessimi. Illi q̄ nō peccarent etiam si homines lateret sunt boni. Illi qui nō peccarent etiam si homines lateret et deus ignosceret sūt optimi. De his duobus dicit Ambro- in li. de offi. In terre hiatum est gigas descendiss̄ atq̄ ibidem eneam equum inueniss̄ a platone inducit. qui cuz in lateribus suis fores hēret. quas ut ape- ruit hominem mortuum ibi reperit. et an- nulum de eius manu sustulit. Cui cum ad pastores regios rediss̄. et annulum in dextera posuiss̄. ipse omnes vidēs a nullo videbat. Deinde p̄ anulū oportunitatem regine stupro potitus. necē regi intulit. ceterisq̄ qui sibi nocere po- terant interfectis. libere regnū obtinuit. Postea subdit Ambro. Da hunc annu- lum sapienti. ut beneficio eius possit le- dere cum deliquerit. non minus fugiet pct̄m q̄ si nō posset latere. Nō em̄ la- tebra sapienti spes impunitatis sed in nocentia est. Secundo pct̄m a deo ho- minem elongat. psal. Longe a pct̄ori- bus salus. Et quia pct̄or longe est a deo. ideo sepe erat de ipso. Nimia em̄ elongatio secundum Basilium facit er- rare circa tria. s. circa quātitatem. et po- nit exemplum in sole. et in insulis. quia sol cum sit saltez̄ occies maior terra tñ

propter nimiaz̄ elongatiōem tam par- uis esse videt. In sole etiam maris cuz sint magne. p̄pter nimiam elongatiōem vident esse parue columnę. Secundo circa equalitatē. ponit exēpluz̄ de uelis nauiz̄ que sunt alba. sed p̄pter nimiaz̄ distantiam vident esse nigra. Tercio circa figuras. ponit exēplum in turri- bus ciuitatum. que cum sint quadrate tamen p̄pter nimiam elongatiōem vi- dent esse rotunde. Eodem modo cuz pct̄or sit nimis a deo elongatus. non cognoscit deum quātus sit. i. q̄ potēs et q̄ immēsus. quia si cognosceret eum timeret. Diere. x. Suis non timebit te o rex gentium. Timent eius potētiam āgelice potestates. Job. xxvi. Calūne celi contremiscunt. Timent eius poten- tiam etiam demones. Iaco. ii. Demo- nes credunt et nō contremiscunt. solus homo nō timet cum tamen dicat. Lu. xi. Timete eum q̄ postq̄ occiderit cor- pus habz̄ potestatem mittere in geben- nam. Secundo nō cognoscit qualis sit. id est q̄ sapiens et clarus. qz̄ si cognos- ceret. coram eo et ipso vidente peccare ē rubesceret. Eccl. xxii. Sculi dñi multo plus lucidiores sunt sole. circūspicien- tes om̄s vias hominum. et profunduz̄ abyssi. et hominū corda intuetes. Boe- tius. Magna est vobis si dissimulare nō vultis in dicta necessitas. p̄bitatis. cuz ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis. Tercio nō cognoscit qualis figure sit. i. q̄ misericors et pius. quia si eius misericordiaz̄ cognosceret. nunq̄ despiceret. Est em̄ eius misericordia qua- dra. i. quatuor angulos habens. Pri- mus ē quia pct̄orem longanimit̄er ex- spectat. Secundus quia reuertētē ita- tum recipit. Tercius est qz̄ om̄ pct̄orū

prior amplius non recordat. **Quartus** est
quod a casu custodit. **Tercio** peccatum homines
excecat ut ad deum oculos non possit le
uare. et hoc triplici ratione. **Primo** quia
habet oculos infectos humore carnal
concupiscentie. sicut enim madefactio et ni
mia pinguedo impediunt ne candela ac
cendat. sic nimie delicie impediunt ne
gratia dei ab anima recipiat. **1. Cor. ii.**
Animalis homo non percipit ea que sunt
spiritus dei. **Secundo** quia habet oculos
asperfos puluere auaricie peccati. **Oculos**
suos statuerunt declinare in terram. **Do**
ta fuit questio inter quosdam sapien
tes quod esset membrum magis insatiabile in
humano corpore. et dixerunt quidam quod
venter qui satiari non potest epulatio
nibus. **Alii** dixerunt quod corpus quod sa
tari non potest preciosis vestibus. **Alii** quod
cor quod satiari non potest variis cogi
tationibus. **Alii** quod oculi. et isti verius dix
erunt quia omnes superfluitates vestimen
torum edificiorum vasorum aureorum argen
teorum et homini sunt ut oculi pascantur
Tercio quia habet oculos inflatos tumo
re superbie. secundum philosophum in libro de a
nimali. **Oculus** preminens est debilis vi
sus. profundus vero est boni visus et for
tis. et subtilia et distantia melius videt.
Sic et humiles clarius videt diuina quam
superbi. **Prover. xi.** Vbi humilitas ibi
sapientia. **Dicit** etiam philosophus. quod
homo existens in puteo profundo stel
las videbit in die. pro quod dicitur intelligi quod
homo humilitate predictus ad diuina
suscipienda magis est idoneus. **Mat.**
xi. Confitebor tibi pater domine celi et
terre. quia abscondisti hec a sapientibus
et reuelasti ea paruulis. **Secundo** iste publicanus tenet typum
penitentium. habuit enim contritionem cor

dis. quia percutiebat pectus suum sub
quo est cor. **Est** enim cor hominis sicut
rota plaustrum. **Ecc. xxiii.** **Precedia**
fatui. sicut rota carri. et quasi axis ver
sacilis cogitatus illius. **Rota** carri su
per quelibet immunda transit semper uer
titur. et ad finem non peruenit. onus por
tat. et murmurat. **percutiat** igitur peccator pe
nitens pectus suum. de eo quod immunda
cogitauit. **Est** enim cor sicut **ber.** **Tac**
molendinum. quod omnia molit que reci
pit. **percutiat** igitur pectus de eo. quod bo
na proposita habuit. et ad finem operis
boni non perduxit. **percutiat** de eo. quod si ali
qua de genere bonorum fecit cum murmu
re et tedio fecit. **Secundo** habuit con
fessionem oris. quia peccatorem seipsum vo
cauit. **psa. xliii.** **Secundum** aliam scripturam. **Dic**
tu prior iniquitates tuas ut iustificeris.
Ecc. iiii. **Pro** anima tua non confundaris
dicere verum. **ac. ber.** **D** puerfitas
que non pudet maculari. et pudet abluui. **Cri**
sofsto. **Dic** homo quid peius est. facere
malum an dicere. **Si** ergo ante conspe
ctum dei non erubuit. malum facere.
quomodo ante conspectum hominis eru
bescis dicere. **ad iracundiam** dominum
excitare non erubuit. et ad misericor
diam eum placere dubitas. **Tercio** ha
buit satisfactionem operis. **Multo** enim
melius quam phariseus deo satisfecit siue
 les sunt m̄lti p̄uersi. qui illos qui se ad
 monent ⁊ corrigunt odiunt ⁊ p̄sequun
 tur. **Amos. v.** Odio habuerunt in por
 ta corripientem. ⁊ loquentem perfecte ab
 hominaci sunt. **Circa quintū notan**
 dum qꝫ caritas dicit vestis. cum quia
 operit delicta. **Prouer. x.** Vniuersa de
 licta operit caritas. **tum quia calefacit**

desideria **Job. xxxvii.** **D**onec vestimenta tua calida sunt. cum profusa fuerit terra austro. **C**um quia ornat opera nostra sine caritate enim opera nostra deo non placent. **i. Cor. xiii.** Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas caritatem autem non habuero nihil mihi prodest. **D**icit autem vestis nuptialis quia in matrimonium sunt propter amicitiam reformandam. vel confirmandam. vel augendam. **I**n matrimonio ergo filii dei quod fecit cum natura humana amicitia inter nos et deum est reformata. **Ephe. ii.** Ipse enim est pax nostra. et est perpetuo confirmata. **Hiere. xxxi.** In caritate perpetua dilexi te. **E**st augmentata quia filius dei qui erat dominus noster factus est frater et amicus noster. **Ber.** Hoc loco inquit non predicat magnus dominus et laudabilis nimis sed parvus utique quia natus est nobis. **E**x hoc enim natura nostra intus est exaltata quod etiam ab angelis in multa reuerentia est habitata. **U**nde angelus non sustinuit se a Johanne adorari ut habet **Apocal. xxii.** **C**um tamen ante incarnationem sustineret. **C**irca sextum notandum quod in celo sunt omnes soluti habent enim solutum intellectum quia deus videt sine enigmate. **i. Cor. xiii.** Videmus enim nunc per speculum in enigmate tunc autem facie ad faciem habuit solutum cogitatum quia omnes cogitationes convertunt in deum sine retardatione. **Sapient. vi.** Cogitatio illorum apud altissimum habet solutum affectum quia totus transit in deum cum deificatione. **D**ominus deus dicitur ignis **Hebre. xii.** Deus noster ignis consumens est. **S**acti dicunt carbones succensi ut habet **Eze. i.** Dicunt lapides igniti. **Amos. ii.** In medio

lapidum ignitorum ambulasti dicuntur ardores sempiterni **Ysa. xxxiii.** **S**uis habitabit de vobis cum ardoribus sempiternis. **I**n inferno autem omnes sunt ligati habent enim ligatam potentiam operatiuam quia nullum boni opus poterunt facere ideo dicitur **ligatis manibus** per manus eius potentia operatiua intelligitur habent ligatam potentiam affectiuam quia deum diligere non possunt ideo dicitur **ligatis pedibus**. **N**am secundum **Aug.** pedes anime sunt affectus. **H**abent ligatam potentiam intellectuam quia dominum non possunt cognoscere cum sint in terra obscuritatis et obliuionis ideo dicitur **Mitte eum in tenebras** habent ligatam potentiam temperatiuam quia nunquam ad penitentiam reparari possunt ideo dicitur **exteriores** peccator enim in hac vita est in tenebris interioribus quia adhuc est in spe venie. **I**n inferno autem erit in tenebris exterioribus quia erit extra ambitum diuine misericordie. **I**n mundo autem sunt quidam ex toto ligati sicut in peccato mortali existens qui ligati sunt vinculo culpe additi sunt penitentiae in cuius significatio dicitur **Judic. xv.** **L**igauerunt Sampsonem duobus novis funibus. **A**lii sunt ex toto soluti sicut viri perfecti qui sicut dicitur **i. Cor. ii.** **E**dificant aurum et argenteum et lapides preciosos. **T**ales enim nullum habent vinculum culpe et nulli sunt obnoxii penitentiae. **A**lii sunt ex parte soluti et ex parte ligati sunt penitentes qui soluti quidem sunt a vinculo culpe. **Eccles. iii.** **S**ic in sereno glacies ita soluentur peccata tua. **S**ed tamen ligati sunt funibus pene satisfactorie. **I**n cuius significatio dicitur **Hieremie. xxxviii.** **E**xtraxerunt Hieremiam funibus et eduxerunt eum de lacu. **D**e ista

ligatione et solutione dicitur **Mat. xvi.**
Et cum ligaueris super terram erit ligatum. Circa septimum notandum quod tenebre infernales dicuntur exteriores quia sunt extra omnem diem. **Triplex** est ordo dierum et noctium. **Primo** quo dies precedebant et noctes sequebantur et iste ordo post peccatum primi hominis curtere incepit ad innuendum quod de die gratie cecidit in noctem culpe et durauit iste ordo usque ad passionem christi. **Tunc** autem secundum Bedam mutatus est ordo quia noctes precedunt et dies sequuntur ad innuendum quod homo per christi passionem de nocte culpe redit ad diem gratie. **Et** iste ordo durabit usque ad diem iudicii. **Tunc** autem mutabitur tertius ordo quia tunc omnes dies erunt per se et noctes per se. **Deus** enim tunc separabit noctes a diebus et omnes noctes mittet in infernum et omnes dies mittet ad celum. **Noctes** ergo nunc dicuntur tenebre interiores quia sunt coniuncte cum diebus. **Tunc** autem erunt exteriores quia tunc sunt separate ab omnibus diebus.

Sermo secundus unde supra.
Simile est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. **In** presenti uita celebrantur nuptie carnales que fiunt inter virum et uxorem. **In** futuro celebrantur nuptie eternales que fiunt inter deum et curiam celestem. **Primo** autem nuptie scilicet carnales instituite fuerunt a deo cum dicit **Gen. i.** Crescite et multiplicamini et ab Adam cum ait **Eiusdem.** Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea. **hec** uocabitur uirago quoniam de uiro sumpta est. **Job** rem relinquet homo patrem et matrem suam et adheret uxori sue et erunt duo in carne una. **In** quibus uerbis ostendit

Adam qualiter uir debet se habere ad uxorem et qualiter uxor ad uirum et qualiter ambo pariter. **Vir** autem debet uxori sinceram dilectionem. **Ideo** dicitur hoc nunc os ex ossibus meis etc. **De**bet enim eam diligere sicut os suum et carnem suam. **i. seipsum.** **Ephe. v.** Sicut suam uxorem diligit seipsum diligit. **Te** autem debet diligere quia est bonus uel ut sit bonus. **Tunc** enim uxorem suam sicut seipsum diligit quando eam diligit quia est bona. **ut** sit bona. **Ex** quo patet quod homo plus debet diligere bonum in uxore quam pulchritudinem quia sicut dicitur **Pro** uer. vlti. **Fallax** gratia et uana est pulchritudo. **Est** enim fallax quia decipit inuentem. **Unde** Augustinus. **Mulier** est mulcipula anime. **latro** uite. **suauissimos** blanda percussio. **perniciosa** delicata. **rosam** fetens. **malum** libens. **Secundus** philosophus. **Pulchritudo** est flos marcidus. **carnalis** felicitas. **concupiscentia** humana. **Unde** Boetius. **Si** linceis oculis homines uiderent ut eorum uisus obstacula penetraret. **None** introspectis uisceribus etiam pulcherrimum corpus turpissimum uideret. **Non** solum autem ista pulchritudo est fallax intuiti sed etiam uana habenti quia sepe est sibi causa multiplicis uanitatis. **Pro** uer. xi. **Circulus** aureus in naribus suis mulier pulchra et fatua. **Quando** mulier est fatua et turpis non est piculum quia nemo eam sollicitat. **Quando** etiam est pulchra et sapiens similiter non est piculum quia sapienter se custodit. **Sed** quando est pulchra et fatua tunc est piculum quia tanquam sus lota immundicie se immergit. **Uxor** autem debet uiro suo subiectionem et obedientiam quod notatur cum dicitur. **Sicut** de uiro suo sumpta est. **Ex** quo enim de

viro est sumpta. debz esse sibi subiecta
in his scz que nō sunt contra deum. Si
cut autem ait Aug. sup ps. Q. quando
vir et uxor adinvicem dissentiūt. tunc i
domo est turbatio multa. Quādo vō
subiicitur uir. et uxor dominat. tunc est
pax puerfa. Quādo vero vir domina
tur. et uxor subiicit. tunc est pax recta.
Potest addi quartum. quādo scilz vir
et uxor bene conueniunt. tunc est pax dō
et hominibus grata. Ista etiam osten
dit Aug. in domo anime dicens. qd ca
ro est uxor. et rō vir. Quādo ergo caro
occupat aduersy spm̄ et ecōuerso. tūc
in domo anime magna est pugna. Cū
autem caro dominat rōni. tunc ē pax
turpis et puerfa. Quādo autem rō dñā
tur carni. tunc est pax recta. Quādo ue
ro nec caro aduersus spm̄. nec spūs ad
uersus carnes pugnat. tunc est pax om̄i
modo. quia tñ erit in patria. Tambo at
scz vir et uxor pariter tria sibi debent.
Primo indiuisibilem habitatiōnez. qd
notat cuz dixit. Reliquet homo prem
suum et matrem et. ideo patrem et ma
trēm reliquūt. ut simul habitēt. Et ista
habitatio nō debz separi nisi propter
mortem corporalem. uel spūalem. aut
propter fornicatiōnem corporalem. ul
spūalem. tunc autem quis morit. spūa
liter quando religionem ingredit. tunc
spūaliter fornicat. quādo i heresim la
bitur. et ad errorem trahere conat. Be
tundo sibi debent inuolabilem fidem.
quia sicut dicit. i. Coz. vii. Mulier nō
habz potestatem sui corporis. sed vir
et ecōuerso. Nam tamen fidez melius
seruat uxor qz vir. quia sicut dicit Au.
in encheridion. Mulier quatuor habz
retrahentia. que sunt timor domini. di
ligens custodia viri. uerecundia et ofu

sio mundi. et terror legum publicaz. q̄
puniant uxorem fornicariam nō virū
fornicarium. Vir autem habz tñ vnū
retrahens. qd est timor dei. Et subdit
Aug. Tō necessaria fuit mulieri maior
custodia. quia in ea est maior infirmi
tas. Tercio debz habere in ope coniu
gali puram intētionem. ut scz iungantē
propter pcreādā prolem. qd notat
cum dicit. Et erunt duo in carne vna
scz generando. Ipa etī carnalis cōiun
ctio aliquādo nullam habz culpā. qñ
scz fit intentōe. plis procreandē. Gre.
Tunc coniuges i admixtione sine culpa
sunt. quādo pro p̄cipiendo prole mis
centur. Aliquādo habz culpam uenia
lem. quādo scz fit causa concupiscentie
explēde. que tamē ita est rōni subiecta
qz eam nō explet nisi cum uxore pro
pria. Glo. sup. i. Coz. vii. Coniugalīs
ocubitus generādi gratia nō habz cul
pam. concupiscentie vero satiādē. s̄ tñ
cum cōiuge habz culpam uenialez. qñ
fit rōni subiecta qz eam nō explet nī
si cum uxore propria. Sed tunc mor
talem quando scz cōcupiscentia sic est
immoderata. qz cum quacūqz explet
Aug. contra Julianū. Intempans in
cōiugio. quid aliud nisi quidam adul
ter uxoris est. Aliquādo habz culpam
mortalissimā. Aug. in li. de bono con
iugali. Cuz ille usqz qui prolabit. ultra
pacta nuptialia. et ultra. ppagandā ne
cessitatem uenialis fit in uxore. in mere
trice damnabilis. Ille qui est cōtra na
turam execrabilius fit in meretrice. sed
execrabilius in uxore. Secnde sunt nup
tie celestes in quibus multa fercula ap
ponent. De quibz dicit sic Aug. de ci.
dei. Quid est aliud. qd dominus p p
phetam dicit. Ero illoz deus. nisi ero

vn̄ satient. ero quecūq; ab hominibus
boneste desiderant. 7 vita 7 salus 7 vi-
ctus 7 copia 7 gloria 7 honor 7 pax 7
omnia bona. Ecce octo fercula ponit
que deus nuptiis suis dabit. Primus
ē vita que tripliciter causabit. Primo
qui sancti manducabunt 7 bibēt vitā.
De manducatōe dicit Jo. vi. Ego suz
panis viuis qui de celo descendi. si qs
māducauerit ex hoc pane viuet ineter-
num. De potu Apoca. vii. Agnus qui
in medio throni est reget eos 7 deducz
eos ad vite fontes aquaz. Secūdo qz
viuent cum vita. Deut. xxx. Illi adhe-
reas. ipe em̄ est vita tua. Prouer. viii.
Sui me inuenerit inueniet 7 vitaz. Ter-
tio quia tota mortalitas absorbebit a
vita. ii. Coz. v. Nolumus expoliari
sed supuestiri ut absorbeat qd̄ morta-
le est a vita. Secūdo ferculum est sani-
tas que causabit a tribus. Primo qz
habebunt substāciam tempatissimā.
mō em̄ corpus nostruz est distempatū.
cum sit ex quatuor elemētis 7 quatuor
qualitatibus otrariis compositū 7 iō
dissolutōni subiectum. Tunc autē ad
summā tempantiam omnia reducen-
tur. Job. xxviii. Glebe illius scz ciuita-
tis supne auruz. Glebe nostre corpora
sunt lutum. sed tunc cōuertent in aurū.
quia erunt fulgida tempata 7 p̄ciosa.
Secūdo quia habebunt aerem sanissi-
mu. Ysa. lxvi. Decubabit salus. i. aer
sanissimus omnes muros tuos. Sed
dānatis dicit Deut. xxviii. Percutiet
te dominus aere corrupto. Tercio qz
habebunt aīm iocūdisssimū. ps. Sic
letātuz omniū habitatio est in te. Ysa.
li. Leticia sempiterna sup capita eorū.
Leticia em̄ sepe in sanitate conseruat.
Prouer. xxv. Animus gaudens et a/

tem floridam facit. Tercium ferculum
est victus. i. quidaz cibus p̄ceteris ma-
gis dulcis. qui causabit ex apta dei vi-
sione. Sui quidem cibus erit copiosus.
deliciosus 7 eternus. quia copiosus da-
bit satietatem. psal. Satiabor cum ap-
paruerit gloria tua. quia deliciosus pa-
riet esuriam 7 audacitatem. Ecccl. xxiiii.
Sui edunt me adhuc esuriēt. quia eter-
nus excludet omnē timorem. Nō enim
timere poterunt ne cibus iste deficiat.
quia erunt in magna satietate. Quādo
damnati erunt in p̄petua esurie psal.
In diebus famis saturabunt. Ysa. lxxv.
Ecce serui mei comedent 7 vos esurie-
tis. Quartum ferculum est copia di-
tiarum 7 habūdantia. psal. Gloria et
diuitie in domo eius. Diuitie nostre
habent laborem in acquirendo. timo-
rem in custodiendo. dolorem in p̄den-
do. Ibi autem nullus labor. Apoca.
xiiii. Ammodo iā dicit sp̄s vt requi-
escant a laboribus suis. Nullus timor
Prouer. i. Sui me audierit absq; timo-
re quiescet. Nullus dolor. Ysa. li. Ful-
giet dolor 7 gemitus. Quintum fercu-
lum est gloria 7 pulchritudo gloriosa.
que causabit a virtutū varietate. ps.
Omnis gloria eius filie regis abintus in
fimbriis aureis. A dei refulgenti ma-
iestate. i. Adacha. vi. Refulsit sol in di-
peos aureos. i. in sanctos. qui fuerunt
dipei. i. triangulati propter fidem tri-
nitatis. 7 aurei propter p̄ciositatez ca-
ritatis. 7 enei. p̄pter firmitatem spei. 7
etiā causabit a xp̄i s̄formitate. Ysa. l.
ii. Saluatorem expectemus dominuz
nostrum. Ihesum xp̄m. qui reformabit
corp̄ humilitatē nostre. s̄figuratiū cor-
p̄ori claritatis sue. Sextum est honor
Erūt em̄ sancti assēsores dei. iudices

mūdi. ⁊ reges celi. Mat. xix. Sedebitis
sup sedes duodecim. Ecce assessores. iu-
dicantes tribus israhel. Ecce iudices. et
omnes q reliquerūt vsqz ibi ⁊ vitam e-
ternam possidebūt. Ecce reges. Septi-
mum est pax de qua dicit. Psa. xxxii
7 Sedebit populus meus in pulchritudine
pacis. in tabernaculis fiducie. ⁊ in rege
opulenta. Tunc pax est pulchra. quan-
do fit hostibus supeditatis. Tūc pax
est secura. quādo fit hostibus longe ex-
terminatis. Tunc est opulenta. quādo
fit hostibus spoliatis. Sancti em ha-
bebunt pacem pulchrā. quia habebūt
omnes hostes supeditatos. adalach.
ii. Calcabitis impios cuz fuerint cinis
sub planta pedum uestroz. Habebūt
pacem securam. quia habebunt hostes
exterminatos. in infernum precipitatos.
Psa. xxv. Precipitauit dominus mor-
tem in sempiternum. i. demones q fue-
runt nobis causa mortis. Habebūt pa-
cem opulētā. quia habebunt hostes
spoliatos. Tūc em exspoliabunt egip-
ti ⁊ dirabunt hebrei. Dathan ⁊ ul-
ti mum ferculum est omnia bona. scz bo-
na supiora. q erūt in visione dei. Exo.
xlii. Ego ostendam tibi omne bonuz
7o. xlii. Domine ostēde nobis p̄m.
⁊ sufficiat nobis. Bona inferiora que
erunt domus dei in ordinatissima dis-
positiōe. psal. Videas bona hierusalē
omnibus diebus vite tue. Item. Qz di-
lecta tabernacula tua domine virtutū.
7c. 7o. xlii. In domo patris mei mul-
te māiones sunt. Bona interiora que
erunt in animaz illustratiōe. Psa. lvi
Implebit dominus splēdoribz aiām
tuz. ⁊ bona exteriora que erunt in cor-
poris immortalitate. ⁊ hominū ⁊ ange-
loruz iocunda satietate. psal. Assitit re-

gina. i. triumphans ecclia. ⁊ dextris t.
in uestitu deaurato. i. cuz corpore glo
rificato. circūdata varietate. ⁊ hoim et
angeloz iocūda societate.

7 Sermo tercius vnde supra.
Adice quomō huc intrasti nō
habēs vestem nuptialem? ⁊c.
Per istum q nō habuit uestez
nuptialem significat uniuersitas malo
rum. que habuit fidem sine opibus ca
ritatis. De quibus dicit Titū. i. Confi
tent se nosse deum. factis autem negāt
⁊ nō videt qz iste debuerit ex hoc res
prebēdi. quia rex dixit seruis suis. Te
ad exitus viarum ⁊ quoscunqz inuene
ritis ⁊c. In talibus autē locis nō inue
niunt nisi viri p̄nosi. Sed dicēduz qz
dominus omnibz quos inuitat uestez
nuptialem offert. Aliqui autem recipi
unt sicut deuoti ⁊ humiles. Aliqui reci
pere otemunt. sicut in pctō p̄seueran
tes. Aliqui accipiunt ⁊ postea p̄uicūc
sicut ad vomitum redeutes. Iste ergo
autem recipere noluit. aut si recepit. po
stea abiicit. ⁊ ideo merito fuit resphen
sus ⁊ de nuptus eiectus. Ista autem re
prehensio ⁊ abiectio fiet in iudiciō. qm̄
xps malos xpianos arguet. qui in mi
litanti ecclia existentes fidem tm̄ habu
erunt. sed caritatem nō habuerūt. Cris.
Si aliquis cum nigra ueste inueniat in
nuptus. sordidat nuptiarum gloriam.
ita qui opera tenebrosa inter xpianos
agit. ipi xpianitati facit iniuriam. Nō
itaqz aut secundum locum eligat uestez.
aut scdm̄ vestem eligat locum. i. aut se
cundum opa eligat p̄fectōnem. aut se
cundum p̄fectōnem faciat opa. Alioqn̄
audiet amice quō huc intrasti ⁊c. In
verbis ergo p̄missis. tria d̄ isto ponū
tur. per quē uniuersitas maloz xpia /

norum figurat. **P**rimo eius verbalis dilectio cum dicitur amice. **S**ecundo eius temeraria presumptio. cum dicitur. quomodo hic intrasti. **T**ercio eius seuera punitione. cum dicitur ligatis manibus et pedibus. **C**irca primum notandum quod triplex est dilectio. scilicet verbalis. precordialis. realis. **D**e qua dicitur. i. Jo. iii. **N**on diligamus verbo neque lingua sed tantum. **E**cce verbalis. sed ope. ecce realis. et veritate. ecce precordialis. **I**lla ergo dilectio est vera que radicatur in corde. **E**x parte ergo ista fuit tantum dilectio verbalis. quia deum tantum ore confessus fuit. sed non fuit precordialis. quia ipsum ex corde non dilexit. nec realis quia misericordie opera non habuit. **X**p̄s vera dilectione nos dilexit. et verbaliter. sed nos utiliter instruendo. **P**sa. xlviii. **E**go sum dominus deus tuus. docens te utiliter. et precordialiter. animam suam pro nobis ponendo. **Jo. xv.** **M**aiorem hac dilectionem nemo habet. **E**t realiter bonis omnibus nos dicando. **I**aco. i. **O**mne datum optimum. et omne donum perfectum desursum est. **E**t est ergo sensus. **A**mice. quia tantum me dilexisti verbaliter. non precordialiter. nec realiter. quem tamen ego dilexi. et verbo docedo utiliter. et corde redimendo misericorditer. et ope dicando multipliciter. quod adhuc intrasti. i. quia temeritate christiana nitatis tibi nomen usurpasti. cum nec corde me dilexeris. nec ope mihi serueris. sed tantum verbis tenus mihi ministraveris. **N**otandum quod vera amicitia quatuor importat. **D**icit primo communicationem. quia veri amici cuncta sibi communicant. **U**nde cum diceret Socrati de quodam paupere. qui cuiusdam diuitis amicus erat ait. **C**ur ergo illo diuite. iste pauper est. amicus non est qui fortune princeps non

est. **S**icut enim membra sibi invicem subserviunt in uno corpore. sic et amici cum habeant unum cor sibi debent mutuo deservire. **M**anus enim servit oris cibum apponendo. os stomacho cibum destinando. stomachus membris cibum derivando. cor pulmone vitam et motum sibi tribuendo. pulmo cordi aerem sibi ad temperamentum caloris tribuendo. **S**ic et amicus debet esse amicus. **M**anus defendendo ab inimicis. os docendo bonis consiliis. stomachus nutriendo beneficis. cor vivificando bonis exemplis. pulmo refrigerando. contra adversa bonis verbis. **I**sta editio sed communicatio est amicitia. quam habent sancti cum deo. quia bona que ab ipso recipiunt. ei communicant pauperibus largiendo. i. **Paral. xxix.** **T**ua sunt omnia. et que de manu tua accepimus. dedimus tibi. **I**sta autem conditio amicitie non est in malis. quia bona sua. propter deum pauperibus non communicant. sed sibi avariter reservant. **E**ccl. xi. **N**unc manducabo de bonis meis solus. **S**ecundo amicitia de assimilacionem. **A**mor enim assimilatur amanti amato. **H**ugo de sancto victore. **S**cio anima mea. quod quicquid diligis. in eius similitudinem transformaris. **U**nde propter istam assimilacionem. quidam philosophus interrogatus quid esset amicus. **R**espondit alter ego. **I**sta conditio est in amicitia dei et sanctorum virorum. **I**psi enim in tantum deo pro amore assimilantur. quod dei appellantur. **P**sal. **E**go dixi dei estis. **A**ug. **U**nusquisque talis est qualis est dilectio sua. si deum diligis deus es. **S**i terram diligis terra es. **S**icut enim amor facit bonos deo similes. **S**ic diversis viciis faciunt homines esse brutales. quod ostendit **B**oetius in li. de consolatione.

latōne dicens. **E**uenit ne quē transfor-
matum vicus videas. **h**ominem existi-
mare non possis. **A**uaricia quis feruet
alienarum opū violentus ereptor. **h**ūc
lupo similem dixeris. **F**erox atq; inqui-
etus linguam linguis exercet. **c**ambꝝ cō-
parabilis. **I**nsidiator occultus surri-
puisse fraudibꝝ gaudet. **v**ulpeculis ex-
equet. **I**ra intempans fremit leonis a-
nimū gestare credat. **p**avidus ac fu-
gax nō metuēda formidat ceruis silis
habebat. **l**egnis ac stupidus torpet a-
sinuz. **v**ini. **l**euis ac inconstans studia
pmutat nihil ab aubus differt. **f**edis
immundisq; libidinibus immergit. **s**or-
dide suis voluptate detinet. **I**ra sic ut
qui pbitate deserta homo esse desierit.
cum in diuinam conditionem transire
nō possit uertat in beluinā. **T**ercio a-
micitia dicit volūtatum ideptitatem.
Nam scdm **T**ullium vera amicitia est
idem velle et idem nolle. **E**t ista condi-
tio est in amicitia dei. et sanctorꝝ viro-
rum. **N**ā et deus vult qd sancti volūt
psal. **V**olūtatem timētuz se faciet. **E**t
sancti volūt quod deus vult. psal. **D**e-
atus vir qui timet dominū in manda-
tis eius volet nimis. **I**sta autē odicio
nō est in malis. quia volūtatez dei nō
faciunt sed sibi resistunt. sed tādē resi-
stere nō valebūt. quia volūtās dei aut
in pnti sit ab homine aut i futuro fiet
a demone. **P**sa. **l**xvi. **C**onsiliuz dei sta-
bit et omnis volūtās eius fiet. **Q**uarto
amicitia dicit equalitatem. **N**am supe-
rioris ad inferiorem est habere beniuo-
lentiam. **I**nferioris ad supiores est ha-
bere reuerētiam. equalē ad equalē ha-
bere amicitiam. **V**iero. sup. **x**i. **p**phe-
tas. **A**micitia pares aut accipit aut fa-
cit. **v**bi autem inequalitas est et alteriꝝ

eminētia. alterius subiectio. **v**bi nō tam
amicitia est q̄ adulatio. **I**sta conditō
olim nō erat in amicitia dei et hominū
quia deus erat summꝝ. et homo infimꝝ
sed ne aliqd in amicitia decēt qui pus
erat dominus noster. factus est frater
noster. **E**t sic factus equalis vocat se
amicum dicens. **Jo. xv.** vos autē dixi
amicos. **S**ecūdo ponit huius teme-
raria p̄sumptio cum dicit. **Quō** huc i-
trasti nō habens vestem nuptialem. **v**el
tis nuptialis est caritas. que tribus de
causis nuptialis vocat. **P**rimo quia
x̄ps in suis nuptiis eam cōtexuit. **N**ā
in cruce nuptias fecit. **v**bi carnem pro
pane et sanguinem pro vino apposuit.
vt reficeret angelos in celo eos repān-
do. **h**omines i mundo eos redimēdo.
patres de limbo eos liberādo. **I**n istis
nuptiis vestem caritatis cōtexuit nō de
pilis animalium. nō de corticibus her-
barum. nō de interioribus vermium. s̄
de interioribus suoz viscerū. **h**oc q̄n
lateris aptione amorez cord̄ patefecit.
Ber. **C**lausus penetrans. **cl**ausus referās
factus est mihi. vt videam volūtatem
domini. **Q**uid mirideam p foramē. **cl**a-
mat claus. **cl**amat vulnus. p̄ archamū
cord̄ p foramen corporis. **S**ecūdo di-
citur uestis nuptialis. qz sine hac nullꝝ
in nuptias celestes intrare ualꝝ. **h**oc sig-
nificatum ē **V**ester. **u**i. **v**bi dicit. q̄ nō
licebat intrare aulam. **A**ssueri regis. **m**-
dutum sacco. **S**accus est timor seruilis.
cum quo nullus regnū celoꝝ intrabit.
Abuciēdus est iste ergo saccoz uestis
nuptialis texēda. **i**uxta illud **P**rouer-
b. **Q**uesiuit lanam et linum et opata
est consilio manuz suaz. **x̄ps** fuit ag-
nus. **P**sa. **xvi.** **E**mitte domine agnum
dominatorem terre. **q̄** huiꝝ agni lana

sunt eius beneficia. **F**uit etiam herba
rōne carnis. **Ysa. xl.** Omnis caro fenū.
huius herbe linum fuit candor sue inno-
centie. **Texēda** est ergo ista uestis ex la-
na et lino. quia caritatez nostram inflā-
mare debent xpī beneficia et eius inno-
cens vita. **Tercio** dicit uestis nuptial.
quia in magnis nuptiis. i. i die iudicii
sole sponse xpī hac ueste indute erunt.
Apocal. xix. Venerunt nuptie agni et
uxor eius pparauit se. et datur est ei ut
coopiat se bissino. **et.** Adultere em aie
nude erunt et turpitudinem suam ones
videbunt. **Unde** dicit **Apoc. xvi.** Bea-
tus qui custodit uestimenta sua ne nudus
ambulet. et videant homines turpitu-
dinem suam. **Tercio** ponit istius seue-
ra punitio cum dicit **Ligatis** manibus
et pedibus. et hoc q̄ damnati habebunt
ligatas manus et pedes. dat̄ intelligi q̄
nuncq̄ ab illa pena poterunt exire. **In**
hoc q̄ sunt missi in tenebras exteriores.
dat̄ intelligi q̄ nūq̄ ad dei misericor-
diam poterunt uenire. **Dicunt** em tene-
bre infernales exteriores. quia sunt ex-
tra ambitum diuine misericordie. **Ere**
ergo illa pena eterna. ppter duo. **Pri-**
mo quia nullum poterunt ibi acquire-
re merituz. **Ecccl. ix.** Quodcumq̄ potest
facere manus tua instāter opare. quia
nec opus. nec rō. nec scientia. nec sapien-
tia erunt apud inferos. **et.** Meritū scō-
rum prouenit ex fide. ex ope. ex amore.
et ex rōne. siue discretionē. propter qd̄
dicit **Rōs. xii.** Rōnabile obsequiū ues-
trum. **Ibi** autem nō erit meritum. pue-
niens ex ope. **Ido** dicit. nec opus. nec
proueniens ex fide. ideo dicit. nec sciē-
tia. nec proueniens ex amore. **Ido** dicit.
nec sapientia. i. sapida scientia. nec pro-
ueniens ex discretōne. ideo dicit. nec rō.

Nō em utent̄ rōne ul̄ discretōne s̄ fu-
rore. **Secundo** non poterūt illa pena
exire. q̄ nullum ibi poterit remitti pec-
catum. **Ysa. i.** **Vuln9** luor et plaga tu-
mens nō est circūligata nec curata me-
dicamine. nec fota oleo. **Vuln9** luxurie
circūligat̄ ligatura gratie. **Sapient. viii.**
Nō possum esse otinens nisi deus det.
Liuor auaricie curat̄ medicamēto ele-
mosine. **Lu. xi.** **Date** elemosinam et ecce
omnia munda sunt uobis. **Plaga** tu-
mens supbie fouet̄ vngento passiōis
dominice. **Aug.** **Sue** supbia sanari p̄t
si humilitate filii dei nō sanat. **In** infer-
no autē nō est dei gratia. ideo ibi nō
circūligat̄ vuln9 luxurie. nec ibi elemo-
sina. ideo ibi non curat̄ liuor auaricie.
nec ibi se extēdit meritum passiōis do-
minice. ideo ibi nō fouetur apostema
supbie.

Dominica vicesima prima.

Sermoprimum.

Erat quidam regulus cuius fi-
lius infirmabat capbar. **Jo-**
h. iiii. **Sic** dicit **Theophil9.** **Iste**
regulus iterfuit miraculo factō i nup-
tus. quādo xp̄s aquā in uinum muta-
uit qui tunc credidit. sed tamen xp̄i di-
uinitatē pfecte nō cognouit. et ad hoc
inueniendum euāgelista istud miraculum
rememorat dicens. **Went** iteruz **Nies9**
in chanagalilee ubi fecit aquā uinuz. **et**
erat qdam regulus. **Circa** curatōnez
autem filii istuz reguli notant̄ tria. **Pr̄**
mo in patre notatur magna nobilitas et cre-
dulitas. **in** filio magna infirmitas. **In**
xp̄o magna pietas. **Nobilitas** notat̄
in hoc q̄ dicit̄ regulus. quia secūndum
Eritō9. **Vel** erat de genere regali. **h** bal-
bebat aliquē pncipatum. **Ille** autē rec-
te rex dici pōt. qui regit p̄p̄m sapiēter

et reipublicam utiliter et seipsum innocenter. Debet quidem populum regere sapienter. Ecclesi. x. Iudex sapiens iudicabit populum suum et principatus sensati stabilis erit. contra dicit ibidem. Rex insipiens perdet suum populum et ciuitates inhabitabunt per sensus prudentium. Prover. xxvii. Dux indigens sapientia multos opprimit per calumiam. ideo dicit Valerius. quod Plato tunc seculum bonum fore dixit cum sapientes regnarent. vel reges sapere cepissent. et Seneca dicit quod seculum aureum dicebat cum sapientes regnarent. Secundo debet regere rempublicam utiliter. quam tunc utiliter regit quam non propriam sed communem utilitatem attendit. Legitur de Romanis. quod olim pugnant pro gloria acqrenda pro libertate assequenda et pro republica conseruanda et tunc semper vincebant sed postquam se ad auariciam extenderunt semper victi fuerunt. Unde dicit Augustinus in Epistolis. quod qui prudenter attendunt plus dolent paupertatem quam opulentiam perisse romanam. In paupertate enim mores integritas seruabatur. opulentia autem mores hominum omnino peior hoste corrumpit. Legitur in historia Romanorum. quod dum legati missi a senatoribus romanam uenissent inuenerunt fabricium principem romanorum in scamno sedentem et ligneo catino cenantem. Tunc cum pro sua libertate multa auri potera obtulissent. Ille non ad propriam sed communem utilitatem respiciens ait. Abite et aurum uestrum asportate. quia romani malunt dominari habentibus aurum quam auro et memoretur Fabricium nec auro nec hostibus uinci posse. Tercio debet regere seipsum innocenter. ut se immunis sit ab illis vicibus que in aliis reprehendit ne sibi dicatur Roms. ii. In

quo enim iudicas alterum teipsum condemas. Legitur quod dum magistratus atheniensium quendam furem ad penam trahi facerent. Ctenocrates philosophus dixit. Magni fures minores puniunt. Maxime autem debet princeps a tribus vicibus esse immunis. a quibus nec ipse princeps maximus Alexander legit immunis fuisse. et enim victor fuerit orbis terrarum. tamen ab ira et a uinolentia et cupiditate nimia vincebat. Abscidenda est ergo a principe ira. quia sicut dicitur Prover. xvii. Ira non habet misericordiam nec erumpens. et Hungarum enim iudex iratus sententiam proferre debet. Unde refert Valerius. quod cum archita tarantini contra seruum suum iratus esset ait. Di felix iam de te supplicium sumerem. si iratus non essem. Legitur in historia romanorum. quod cum Theodosius imperator ad iussa seuera nimis esset preceps quidam sapiens eum admonuit ut cum se irasci sentiret priusquam aliquam sententiam proferret. viginti quatuor litteras alphabeti intra se morose diceret. ut sic refrigeratus quod statuendum esset maturius uideri possit. Secundo abscidenda est uinolentia. Prover. xxxi. Noli regibus dare uinum o lamuel quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas. Refert Valerius. quod cum Philippus rex temulentus esset inuictus sententiam contra uiduam tulit que ad ipsum accedens dixit se appellare a Philippo ebrio ad Philippum sobrium qui cum uinum digessisset sententiam reuocauit. Tercio abscidenda est cupiditas nimia. Prover. xxviii. Leo rugiens et uersus esurians princeps impius super populum pauperem. Refert Valerius. quod Tiberius cesar iudices punitarum raro mutabat ex eo quod noui quilibet ad

rapiendum intēti erūt. **Bonēs exemplū**
de quodam vulnerato. quē cum mlti-
tudo muscarum operuisset. et quidam
tas remouisset. ait. **Vale fecisti** qz iste
plene erant. et famelice uenēt et ampli9
me affligēt. **Novi quidē iudices maxi-**
me quādo sunt paupes. vlt auar. semp
ad rapiendum sunt auidi. **Vnde dicit**
ibidem qz cum vsules in hispaniā mit-
ti deberent. et de duobus cōsiliuz habe-
retur. **Scipio dixit. Neuter mihi placet.**
quia alter nihil habet. alteri nihil satis
est. eque maluz in m. grātibus iudicās
inopiam et auariciam. **Secūdo in pre-**
fuit fides et credulitas. Dicit tamē **Be-**
da. eius fides triplicem habet gradum.
sicut et quelibz alia virtus. scz incitium.
incrementum. et pfectōnem. **Habuit enī**
incitium. quādo ipm rogauit ut descen-
deret et filium suum sanaret. **Tunc enī**
et credidit et dubitauit. credidit quidē
qz filium sanare posset. sed nō credidit
qz possz eum sanare nisi pns essz et cor-
pore. **Deinde fides eius accepit incre-**
mentum. quādo scilz credidit sermōni
domini dicentis. **Vade filius tuus vi-**
uit. **Ultimo pfecte credidit.** quādo scz
serui sanitatem filii nūciauerunt. qz tūc
credidit et domus eius tota. **Hic autē**
duo notabilia sunt. **Unum i domino.**
quia ad filium reguli ire noluit etiā ro-
gatus. qui tamē ad seruum cēturionis
uenturum se dixit. etiāz nō rogatus ut
habet. **Ma. vii.** In quo nostram sup-
biam reprehendit. in homine nō natu-
ram qua ad imaginem dei factus est.
sed diuitias honoramus. **Seneca** **Quē**
admodum stultus est qui equū empta-
rus. ipm nō aspiciat sed stratum et fre-
nos. **Sic stultissimus qui hominem ex**
ueste estimat. **In regulo etiā notabile**

est. qz eius fides fuerit diminuta. tū
salutem filii impetrauit. **Ex quo mag-**
na fidei virtus insinuat. que etiam im-
pfecta apud deum tācuz meret. **Vnde**
Alexander. Per fidem informē filiorū
israhel inclusionem obtinuit. **Nam sic**
ait Iosephus. cuz ad montes caspios
venisset. et filii captiuitatis decē tribuū
egrediendi licētiā petissent. **Ille cog-**
nita causa inclusionis dixit. qz ampli9
eos includeret. et cum cepisset et videret
qz opus humanum ad hoc nō suffice-
ret. rogauit deum ut illud compleret. et
subito prupta montium ad seinuicem
accesserūt. et locus incōmēdabilis factus
est. **Et subdit Iosephus.** **Quid factur9**
est deus pro fidelibus. si tū pro **fidei**
fecit. **Secūdo in filio notat magna in-**
firmitas. **Dicit autēz qz infirmabatur**
capharnaū. et qz erat filius reguli. **Uz tū**
ad p̄mum notant tria. que sunt causa
spūalis infirmitatis. **Capharnaum in-**
terptatur ager pinguedinis. vlt villa et
solatōnis. **Erat etiam ciuitas magni**
honoris. **Iuxta illd Lu. x.** Tu caphar-
naum. **Et ex qbus verbis habet.** qz se-
pe cā spūalis infirmitatis. ē nimia ba-
būdātia ps. **Prodit quasi ex adipe i-**
iquitas eoz. **Nimia et solatio munda-**
na. deo dicit **Lu. vi.** **De vobis danti-**
bus. et nimia exaltatio terrena. quia
qui sunt in p̄lationibus maiores. sepe
sunt in trāsgressionibus p̄ores. **Diere.**
v. **Ibo ad optimates et loquar eis.** et
ecce magis hi simul confregerunt iugū.
ruperūt vincula. **In hoc qz erat filius**
reguli. dat̄ intelligi qz nobilitas gene-
ris sepe est causa infirmitatis spūalis.
filii nobilium sepe efferunt in supbiaz.
Dee. ix. **Gloria eoz a partu.** et ab ute-
ro. et a conceptu. i. gloriānt de eo. qz d̄

magno genere sunt concepti et nati. Sepe exercent rapinam. Unde dicitur de Leena Eze. xix. Eduxit unum de leunculis suis et leo factus est et didicit predam capere hominesque comedere. Sepe immergunt etiam se in lutum luxurie et hoc dicitur sua nobilitate degenerat. Porci enim morantur in luto sed animalia nobilita in loco mundo. Filii ergo nobilium his tribus viciis sepe laborant. scilicet superbia rapina et lascivia sed illi qui sunt in dei filios adoptati ista detestantur. Legitur in historia scolastica quod cum filia Pharaonis Moysen in filium adoptasset rex coronam in qua erat imago ydoli capiti pueri imposuit sed puer eam in terram proiecit et comminuta est. Et cum sacerdos ydolorum diceret eum occidendum fore eo quod pro ipso cultus ydolorum euacuandus esset ad suasionem sapientis cuiusdam allate sunt prunae quas puer accipiens in os posuit et os combussit et sic innocens comprobatus fuit. Filii ergo dei adoptati debent detestari superbia quod significat per hoc quod coronam proiecit et commisit. Psal. xxviii. Pedibus concalcabitur corona superbie effraim. Debent detestari auariciam quod significabat per hoc quod ydolum comminuit. Iuxta illud Col. iii. Auaricia quod est ydolorum seruitus. Debent timere dei aduertere et refrenare lasciuiam quod significat per hoc quod prunas in os posuit et os combussit psal. Ire renes meos et cor meum. Item. Confige timore tuo carnes meas. Tercio in christo notatur magna pietas cum dixit. Vade filius tuus uiuit. Non dixit curatus est ad ostendendum quod secundu naturam morbo ille erat ad mortem. Neque tamen debet intelligi de uita nature sed etiam de uita gratie quia sana

tus est in corpore et in mente. Vari enim fuisse dare sibi tamen uitam nature cum sic breuis et caduca iuxta illud Iaco. iii. Que est enim uita uestra nisi uapor ad modicum parens. Ubi tria implicantur scilicet quod est uapor et uapor parens et ad modicum parens. Est enim uita uapor quia sicut uapor a calore solis dissipatur sic uita humana a modico calore febrili extinguitur. Sapient. ii. Transiit uita nostra tanquam uestigium nubis et sicut nebula dissipatur que fugata est a radiis solis. Est etiam uapor non exiens sed apparens sicut etiam aurum somnium non est aurum sed apparens aurum sic humana uita non est uera uita sed apparens uita. Job. xx. Velut somnium auolans non inuenitur transiet sicut uisio nocturna. Est etiam uapor apparens non ad longum sed ad modicum Augustinus in li. i. De mel. Tota uita humana ab infantia usque ad decrepitem senectutem breuis est. Et subdit Si adhuc Adam uiueret et hodie moreretur quid illi uite longitudo profuisset. Nec mirum si uita est breuis quia dependet a scintilla a fumo et a flatu. Scintilla est in corde que cito extinguitur et cito homo moritur. Fumus est in naribus cuius si uia intercipitur uita finitur. Flatus est in ore qui si quando impeditur homo continuo suffocatur. De his tribus dicit Sapient. ii. Fumus et flatus est in naribus nostris et sermo scintille ad commouendum cor nostrum.

Sermo secundus
De septima reliquit enim febris /
Jo. iiii. Sicut corpus febricitans inducit languorem ignis /
Sic mens peccatis astuans iudicat languorem anime. Nam sicut febricitans

mō patit̄ tremorē modo calorem. Sic
et p̄tōr mō timz pati aduersa. v̄l assu
mere penitentie opera. mō nimis amat
bona terrena. Sicut em̄ dicit Aug. sup
illud psal. Incēsa igni et suffosā. Dia
p̄tā due res faciunt. scz cupiditas et ti
mor. In uerbis ergo premissis duo
tangunt. scz infirmitatis genz que erat
febris et curatōis tempus cum dicitur
hora septima. Circa primum notā
dum. qz sicut sunt diuerse spēs februz.
sic sunt diuerse spēs p̄tōrum. Prima
est febris cotidiana. et significat p̄t̄m
gule propter cotidianam exactōnem.
Ysa. lvi. Venite sumamus uinuz. et im
pleamur ebrietate. et erit sicut hodie sic
et cras et multo amplius. Ideo compa
tur sanguisuge. Prouer. xxx. Sanguis u
ge due sunt filie dicētes. affer. affer. qz
gulosus post unum ferculum dicit af
fer aliud. Et sicut febris cotidiana de
facili mutat̄ in aliā. sic et gula cito trā
sit in luxuriā. Hiero. Venter mero est u
ans. cito despumat in libidinem. Vel fe
bris cotidiana anime. sunt p̄tā vema
lia. que cotidie agimus. que secunduz
Aug. in libro. l. Omel. Assimilant̄ gut
tis aque et arene. et scabiei. Guttis aque.
quia feruorem caritatis remittunt. are
ne quia sepe a bonis opibus animā ste
ritem faciunt. Scabiei. quia decorem aie
diminuunt. Et dicit Aug. ibidem. Qz
multe gutte implent fluuiuz. et nauis fa
ciunt naufragiuz. Multa grana arene
faciunt onz ponderosum. Multitudo
scabiei corpus reddit corruptum. Sic
etiam uemalia quādo cōtemnunt. sepe
sua multitudine. sua ponderositate. et
sua deformitate. ad p̄t̄m mortale dis
ponunt. Secunda febris est effimera q̄
dicit̄ ab effimere pisce marino. qui eo.

dē die quo nascit̄ morit̄. et signat sub
tum motum ire. qui debz finire ante so
lis occasum. Ephes. iiii. Sol nō occi
dat sup iracūdiam uestram. Glo. Tra
nō duret. Subitus em̄ ire motus. quasi
naturalis est. quia sicut de Hiero. Qui
nulla animi p̄turbatōe mouet̄ ut sim
pliciter dicam. aut deus est. aut lapis ē.
Ideo de Grego. nazanzenus. qz duo
sunt in celo qui nō p̄nt cōmoueri. scz
deus et angelus. et tercius in terra scz cri
stianus philosophus. Et em̄ deus ali
quādo dicit̄ irasci. hoc non dicit̄. pp
ter aliquem turbulētum affectum. sed
propter vindictę effectum. Ipam em̄
vindictam nō facit cum aliqua animi
cōmotōne. sed cum mentis trāquillita
te. Sapient. xii. Cum tranquillitate oīa
iudicas. Angeli lz etiaz de p̄ditōne pec
catoz dicant̄ flere. Ysa. xxxiii. Angeli
pacis amare flebant. tamen fletus vel
conurbatio in eis cadere nō potest. lz
dicunt̄ flere. i. ad modū flentium se ha
berē. Christianus aut̄ philosophus. quous
aliquādo turbatōnem patiat̄. ex hoc
tamen eius rō nō obnubilabit̄. qz eaz
tenet sub dominio rōnis. Vnde dicit̄
idem nazanzenus. Christianus philoso
phus in terra celestis est. in corruptōne
impassibilis. in omnibus vincit̄. p̄terqz
in animi libertate. Tercia febris est er
ratica. quia nō accidit certis horis. et
signat p̄t̄m inuidie. que quādo aliqs
laudat̄ accedit. cum vitupatur recedit.
Nō em̄ habz horam determinatam. lz
quādo cūqz renouant̄ laudatōes. reno
uātur accessiones. hoc pz. i. Reg. xviii.
Ceperunt em̄ puelle cantare. Saul p̄cus
sit mille. et Dauid decem milia. Et tūc
Saul habuit vnā accessiōne magnā
inuidie dicens. mibi dederunt mille. et

Dauid decē milia. **T**ādē Jonathas
eum placauit. et sic cessauit accessio.
Suotienscumq; uero Saul audiebat d
eius probitate. totiens laborabat ista
accessio. **I**sta autē febris nō nascitur
nisi de felicitate alterius. quia sola mi/
seria caret inuidia. **U**nde dicit quidam.
Omnibus inuideas inuidet nemo tibi
Ideo significat per hely sacerdotē. de
quo dicit. i. Regū. iii. **N**ō poterat
videre lucernam domini. anteq; extin/
gueret. **L**ucerna accensa lucet. extincta
fetet. **L**ucerna accensa sunt uiri sancti
et uirtuosi. extincta peccatores fetidi. **I**n/
uidus ergo nō potest sustinere uel ui/
dere uiros uirtuosos. sed libentius ui/
det miseros et abiectos. **I**sta febris
multum affligit habētē. **U**nde dixit
quidam inuidus. **I**nuidia comburit
intus et extra. **I**do dicit Socrates. **U**ti/
nam inuidi in omnibus ciuitatib; oca/
los et aures haberent. ut de cunctoz fe/
licitatibus torquerent. **Q**uarta est fe/
bris tertiana. qua laborat illi. q; de ma/
lis que fecerunt satisfacere nolunt. hnt
contritionem. et confessionem sed nō satis/
factionem. **D**icit uero q; quidaz demo/
niacus ad quēdam uirum sanctuz ad/
ductus est. qui pcepit demoni ut exiret.
et nomen suum diceret. et ille. nos sum;
tres qui in isto hoie habitamus. **E**go
uocor claudens cor. **A**lius frater me;
claudens os. **T**ercius uocat claudens
marsupium. **O**fficium em̄ meum ē cor
peccatoris indurare ne possit contritōnē
habere. et si forte conterit laborat fra/
ter meus. ut a confessione impediatur. et
si forte conterit et ositet. **A**lius fr̄ me;
laborat ne satisfaciatur. **E**t p hūc modū
fere omnes lucramur. **T**ercius tamē fr̄
meus scz claudens marsupium plures

nobis omnibus acquirit. **Q**uinta febris
est cōtinua. **I**sta febre laborant auari
et maxime usurarij. **C**eteri peccatores iter/
polatōnem faciunt in peccatis. **U**sura/
rius uero qualib; die. qualib; nocte. et
qualibet hora. quolibet momento. et
quolib; festo peccat. **I**deo uidet eē pe/
ior q; Judas. **I**lle em̄ tū uendit cri/
stum. **I**ste autem uendit xpm. et beatā
uirginem. et sanctos et sanctas. quia ea/
rum festiuitates computat in uisuras.
et quia similis fuit Jude in culpa. ideo
similis erit ei in pena. **J**udas em̄ i aere
qui est medius inter celum et terram in/
terit. ad inuēduz q; neq; in celo debe/
bat stare cum angelis. neq; in mūdo cū
hominibus. sed in aere cum demomb;.
Sic et usurarius nō habitabit in celo.
quia deum et beatam uirginem et sanc/
tos et sanctas offendit. nec in mundo
quia homines cōturbauit. sed in infer/
no cum demombus. quos p auariciaz
adorant. **J**uxta illud Col. iii. **A**uari/
cia q; est ydoloꝝ seruitus. **I**sta febris
cōtinua scz auaricia cito occidit. quia
tollit tria que sunt causa uite. scz cibuz
somnia et quietem. **A**uarus em̄ nō au/
det comedere. **E**ccl. xiiii. **N**ō satiabit
pane. et indigens et in tristitia erit super/
mensam suā. **N**ec pōt dormire. **E**ccl. ii
Cuncti dies eius doloribus et crumma
pleni sunt. **N**ec per noctem mens eius
requiescit. **P**rouer. iiii. **N**ō em̄ dormi/
unt nisi male fecerint. et rapitur ab eis
somnia nisi supplantauerint. **N**ec pōt
quietem habere. sed die ac nocte est in
labore et fatigatōe. **M**ere. xlix. **P**re sol/
licitudine quiescere nō potuerunt. **A**uari
ergo parum uiuunt. sed frugales et libe/
rales multū. **P**rouer. xxviii. **C**ui odit
auariciam longi fiēt dies eius. **S**exta

febris est quartana . et signat supbiam
propter quatuor spes supbie / de qb9
dicit Gre. Quatuor spes tumoris sunt .
Cum ul' aliquis bonum qd' habet a se
habere se existimat / p' suis meriti da
tum sibi putat / ul' cum iactat se habe
re qd' nō habz / uel cum despectis cete
ris appetit singulariter videri hēre qd'
habz . Vel potest significare luxuriam
que p' corp9 explet / qd' ex quatuor ele
mentis componit / ul' potest significare
cōsuetudinez longam peccandi . ut pri
ma dies sit mala suggestio . secūda ma
lus consensus . tertia malum opus . q'r /
ta mala cōsuetudo . Ista triplex spes
quartane difficulter curat . Supbia em̄
difficulter curat . quia semp est in ascē
su p's . Supbia eoz qui te oderunt as
cendit semp . hinc est q' ortum habuit ī
celo . s' incm̄ creuit qd' dñdicit in terrestrē
paradisum . et iterum sic creuit q' reple
uit totū mūdum . Alia spes quartane
scz luxuria difficulter curat / qz in aīa
et in carne nimis radicat . Ipa em̄ radi
cat in anima . i . in memoria . p' turpium
imaginatōem . in intellectua . p' turpium
meditatōem . in volūate p' turpium
affectiōem . radicat et in corpore quia
ipm̄ totuz inflāmat . Job . xxxi . Ignis
est usq' ad cōsummatōnem deuorans .
et omnia eradicās genuina / ipm̄ totū
cōuulnerat . Eiusdem . xvi . Cōuulnera
uit lumbos meos . ipm̄ totum corrum
pit et fedat . Job . i . Computruerūt iumē
ta in stercore suo . Tercia spes quarta
ne scz mala cōsuetudo . difficulter cura
tur . Istud signatuz est . Jo . xi . in
Laza
ro quatrduano et fetido / ceteros qd'ez
mortuos faciliter suscitauit dominus .
Lazarum uero quatrduanū cum qua
dam difficultate suscitare voluit . s' . cū

orōne . cum clamore . cuz sui cōturbatōe .
et cum lacrimaz effusione . Septima fe
bris est ethica . que est febris radicata ī
membris . in quibus naturalis humidi
tas cōsumit / et signat tristitiam et maxi
me illam . de qua dicit . ii . Coz . vii . Se
culi tristitia mortem opat . Talis enīz
tristitia etiā exsiccat ossa . i . anime vir
tutes . Prouer . xvii . Spūs tristis exsic
cat ossa . Sunt tamen quedaz ossa que
nō tm̄ sunt exsiccanda . sed etiam incane
rāda . Amos . ii . Incēdit ossa regis idu
mee usq' ad cinerem . Indumea interpō
tatur sanguinea . et significat dyaboluz
qui sanguinem nostrū sicut / Eius ossa
sunt nostra pctā p' que ī nobis robur
absūmit / sunt ergo qui ista ossa habēt
integra . qui scz de peccatis suis nō con
terunt . Alii in grossas partes ea fran
gunt . qui scz superficialiter cōterunt . Alii
ea incinerant qui scz p'cordialiter cōte
runtur . et hanc contritōnem facit salu
bris tristiti . De qua dicit . ii . Coz . vii .
Sue em̄ scdm̄ deum tristitia est penitē
tiam in salutem stabilem opatur . Secun
do ponit tempus cum dicit hora . vii
Per horam septimā secundum . Hilarū
intelligit fides trinitatis in quatuor mū
di partibus p'dicanda . uel intelligit ti
mor qui est septimum donum spūs san
cti . ul' intelligit mors . qz in hora septi
ma sol declinat a meridie et vergit ad
occasum . uel scdm̄ Origenem intelligit
quies . quia septima dies ē requietōis .
Ista ergo quatuor scz fides . timor me
moriam mortis . et quies ad sanitatē spū
alem multum opant . Nam fides et ti
mor morbum peccati expellunt . De fi
de dicit Actu . xv . Fide purificans cor
da eoz . De timore Eccl . i . Timor dñi
expellit pctm̄ . memoria mortis p'seruat

ab infirmitate Eccl. vii. In omnibus operibus eius memorare nouissima tua et in eternum non peccabis. Quies mentis conservatur in sanitate. Per quietem enim mentis homo a tumultu mundano auertitur et deo unitur et ideo in gratia conservatur. Unde angelus dixit Arsenio. Si vis saluus fieri fuge homines. tace. et quiesce.

¶ Sermo tertius unde supra.

E redidit ipse et domus eius tota. Per istam domum intelligitur militans ecclesia que modo per fidem ambulat. non per spiritum. Sicut dicitur. i. Cor. v. Fundamentum huius domus est christus. Iuxta illud. i. Cor. iii. Fundamentum aliud nemo potest ponere. propter id quod positum est. quod est Iesus christus. id est fides christi Iesu. In fundamento ergo huius domus dei apostoli posuerunt. xii. lapides preciosos. id est xii. articulos fidei. Apochal. xxi. Murus ciuitatis habens fundamenta. xii. et in ipsis nomina. xii. apostolorum. Apostoli namque post missionem spiritus sancti per mundum disspendunt. in simul conuenerunt et symbolum fidei duodecim articuloz composuerunt. Primum articuloz posuit Petrus dicens Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre. ¶ Ex quo patet quod deus saluare nos uult quia est pater et potest quia est omnipotens. Et scit quia sapienter scit creare celum et terram. ¶ Dicit autem omnipotens tum quia omnia que uult facere potest. ¶ tum quia ad operandum nullo adminiculo indiget. tum quia eum nihil impedire potest. ¶ potencia tamen eius est ordinata. quia habet secum annexam sapientiam/misericordiam et iusticiam. ¶ Si quis enim haberet potentiam. sed sine sa-

piencia/multa faceret insipienter. ¶ si sine misericordia. multa faceret crudeliter. ¶ si sine iusticia multa faceret iniuste. ¶ Deus autem nihil potest facere insipienter/nihil crudeliter/nihil iniuste. ¶ Quamuis ergo omnia possit de potentia absoluta. ¶ de potentia ordinata non possit illud quod preiudicaret sue sapientie. ¶ sicut uere penitenti ueniam denegare. ¶ hoc enim sue sapientie et ueritati preiudicaret. ¶ quia contra ueritatem sue promissionis faceret. ¶ i. Th. ii. Negare seipsum non potest. ¶ Glo. Sui ueritas est quod faceret. et si dicta sua non impleteret. ¶ immo sicut dicit Aug. ¶ Car dius sibi uidet homini peccatori ueniam tradere. ¶ quod ipsam peccatori accipere. ¶ Nec posset illud quod preiudicaret sue misericordie. ¶ sic ab aliquo uiro sancto gratiam suam uolenter auferre. ¶ cum enim uoluntatem nostram proueniat et gratiam suam omnibus offerat. ¶ multum sue misericordie preiudicaret. ¶ si eam ab aliquo inuito auferret. ¶ Unde dicit Anselmus. ¶ Cum deus uelit quod homo habeat rectitudinem uoluntatis. ¶ si eam ab inuito auferret. ¶ iam uellet eum nolle quod uult eum uelle. ¶ Nec illud quod preiudicaret sue iusticie. ¶ sicut saluandum damnare. ¶ Unde dicit angelus qui gerebat personam dei. ¶ Loth. ¶ Gen. xix. ¶ Salua et saluare. ¶ quod non poterat facere quicquam donec ingrediaris illuc. ¶ Non enim deus iuste damnaret saluandum. ¶ qui etiam cum dolore damnat peccatum. ¶ Crisos. ¶ Deus inuitus et eum magno dolore compellit damnare peccatores. ¶ Secundum articuloz ponit Andreas dicens. ¶ Et in Iesum christum filium eius unicum dominum nostrum. ¶ Credere enim debemus. ¶ quod christus Iesus sit filius dei. ¶ tamen est patri coequalis et coeternus. ¶ Mo. x. ¶ Ego et pater unum sumus. ¶ sed contra rationem uidet

qđ dicit Eiusdem. xiiii. Pater maior
me est. Ad hoc respondit Aug. ad fel-
 cianum dicens. Maiores et minor tribus
modis dici potest etate. forma poten-
tia. etate senior puero. lōgior puo for-
ma. potentia fortior imbecilli. Et sub-
 dit Aug. Videamus vtrū aliquid ho-
rum accedat filio. Nā nec etate minor
est. quē de pncipio patre dstat extitit.
se pncipiuz. nec forma quem nō aliud
fas est pdicare qđ deum. nec potētia p-
quē omnia nouimus esse facta. Idem
sup ps. Unde qđ dominus dicit in eu-
angelio. Ego et pater vnum sumus. hoc
intelligit scđm formaz dei. et pater ma-
ior me est. hoc intelligit secundum for-
mam serui. Tercium posuit Jo. euāge-
lista dicens. Cui conceptus est de spiritu
sancto natus ex Maria virgine. Per
hoc qđ dicit. Conceptus de spū sancto
ostendit qđ sine pctō nō tm natus fuit.
sed etiaz conceptus qđ nō est inuenire
in alius in utero sanctificatis. Beata cū
virgo fuit in pctō ocepta. sed sine pec-
cato nata. Nos autem in peccatis con-
cipimur et nascimur. Xp̄s autem fuit
sine pctō conceptus et natus. Istud vi-
detur insinuari Job. iiii. ubi loquit de
culpa originali dicens. Obtenebrentur
stelle caligine eius. expectet lucem et nō
videat. nec ortū surgentis aurore. Per
stellas viri sancti p lucem xp̄s p auro-
ram beata virgo intelligit. Sancti vi-
ri culpa originali fuerunt obtenebrati.
quia in ea concepti et nati. Lucem autē
id est xp̄m nō vidit. nec in oceptu nec i-
ortu. Auroram autem. i. virginez. Ma-
riam. vidit qđem quātum ad oceptuz.
sed nō quātum ad ortum. Per qđ dici-
tur natus ex Maria virgine. dat intel-
ligi qđ ille qui apud patrem erat inuisi-

bilis nobis factus est uisibilis. Verbū
em̄ hominis tripliciter considerari pot-
est. aut put est in corde. et sic est incogno-
cibile nisi ab ip̄o corde. Aut prout per
uocem pfertur. et sic ē audibile. Aut p-
ut in carta scribitur. et sic est uisibile et tā-
gibile. Eodem mō uerbuꝝ patris. put
erat in ip̄o patre non cognoscebatur.
nisi ab ip̄o patre. Mat. xi. Nemo no-
uit filium nisi pater. Deinde istud uer-
bum indutum est uoce. i. humana car-
ne. et sic hominibꝝ se manifestauit. Ba-
ruth. iiii. Post hec in terris uisus est et
cum hominibus cōuersatus est. tūc etiaz
fuit scriptum in carta. i. in carne huma-
na. et sic nō tm potuit audiri. sed etiam
uideri et tangi. i. Jo. i. Et audiuius
qđ uidiuis oculis nostris. et manus no-
stre contractauerūt de uerbo uite. et c.
Quartū posuit Iacobus maior dicens
Passus sub pontio pylato crucifixus
mortuus et sepultus. Quis autē mor-
tuus sit. tamen ex sua potētia gloriose
resurrexit. et nos similr resurgere facit.
Ideo assimilatur fenici. leoni. et pellicano.
Fenix em̄ est auis singularis. trecētis l-
quingentis ānis uiuens. q̄ in ignem a se
paratum sponte se p̄icit. et tercia die
de eius cinere noua fenix resurgit. Sic
etiam xp̄s sponte ad mortem se tradi-
dit. et tercia die renouatꝝ surrexit. Leu-
culus etiaz mortuus nascit. sed die ter-
cia pater clamorem emittit. et ille reui-
uiscit. sic etiam die tercia pater clama-
uit dicens. Surge gloria mea. et c. et sta-
tum xp̄s surrexit. Serpens etiā pullos
pellicani occidit. sꝫ pater rostro se vul-
nerat. et illi sanguine aspersi resurgunt.
Sic etiam cr̄stus nos a serpente infer-
nali mortuos. suo sanguine resuscitauit.
Quintū posuit Thomas. Descendit

iii.

u

ad inferna. **V**oluit quidem ad inferna
descendere. **P**rimo propter triumphū.
tunc enim quis perfecte de hoste triumphat.
quando non solum in campo eum vin-
cit. sed etiam ipsum exspoliat et in domo
sua ligat. **X**p̄s dyabolus in cruce vicit.
sed in inferno eum spoliavit et ligavit.
Col. ii. **E**xspolians principatus et potes-
tates. **S**ecundo propter remediū. ut scilicet
sanctis patribus subueniret. et eos in-
duceret. **1**ach. ix. **T**u quoque in sangui-
ne testamenti tui emisisti victos tuos
de lacu. in quo non erat aqua. **T**ercio pro-
pter exemplum. ut erudiamur sepe in in-
fernum mente descendere. **P**sal. **D**escen-
dent in infernum viuētes. **V**er. **S**i des-
cenderent viuētes. non descenderent mori-
entes. **I**n hoc etiam erudimur. illis qui
sunt in purgatorio subuenire. quod fit se-
cundum **G**rego. **P**er orōnes. elemosi-
nas. missas. et ieiunia. **S**extum posuit
Matheus. dicens. **T**ercia die resurrexit
a mortuis. **A**n te tertia die resurgere
noluit propter mortis probationem. **S**i
enim statim resurrexisset non fuisset credi-
tum. quod vere mortuus fuisset. **S**ed sicut
in ore duorum vel trium testium stat omne
uerbum. sic in tribus diebus expiri pos-
sumus omne factum. **M**itra tres vero
dies noluit differre. propter apostolo-
rum consolatōem. qui remanserunt in er-
rore. timore. dolore. sed ipse resurgens
eos certificauit. confortauit. et letificauit.
In tertia autē die voluit resurgere pro-
pter significatōem. ut per hoc significet quod
lux sue mortis fugauit nostram duplicem
mortem. **E**t ideo secundum **G**reg. **O**na die
integra et duabus noctibus iacuit in se-
pulchro. **S**eptimum posuit **P**hilippus
dicens. **A**scendit ad celos sedet ad dex-
teram dei patris omnipotentis. **A**scen-

vi.

vii.

viii.

ix.

dit autem ad celos. **P**rimo ut celestem
ianuam aperiret. **H**ebre. ix. **P**er propriū
sanguinē introiit semel in sancta. **S**e-
cundo. ut nobis viam ostenderet et secū-
nos duceret. **M**atth. ii. **A**scendit pandēs
iter ante. eos. quo ad vie ostensionē. tra-
sibunt portam et egredient per eam. quo
ad ianue apertōnem. **T**ercio ut apud pa-
trem pro nobis interpellaret. **H**ebre.
ix. **I**ntrouit in ipsum celum. ut appareat
vultui dei pro nobis. **S**ecundū posuit
Jacobus minor dicens. **I**nde uenturus
est iudicare uiuos et mortuos. **S**ecundum
autem **G**rego. **S**uatuor erunt ordines
iudicandos. **A**ut enim erūt mali aut bo-
ni. **M**aloz quidam non iudicabunt et con-
denabunt. sicut infideles quoz facta
non discutient. **D**e quibus dicit **1**o. ut
Sui non credit iam iudicatus est. **A**lii in-
dicabunt et condemnabunt sicut mali
xp̄iani. quoz facta examinabuntur.
Mat. xxv. **E**surui et non dedistis mihi
manū. **B**onoz autē quidam non iu-
dicabunt et saluabunt. sicut pauperes
xp̄i. **M**at. xix. **S**edebitis sup sedes iudi-
cantes. **X**ii. tribus israel. **A**lii iudica-
bunt et saluabunt. sicut boni xp̄iani. qui
tamen aliquando lapsi fuerunt. **I**deo
rōnem reddent de omnibus factis. **E**c-
cle. xii. **C**uncta que fiunt adducet deus
ad iudicium. **D**e omnibus cogitat
quātum cūq; sunt occulta. **S**ophonie.
i. **I**n tempore illo scrutabor hierusalē
in lucernis. **D**e omnibus uerbis **M**at.
xii. **D**e omni uerbo otioso quod locu-
ti fuerint homines reddēt rōnem i die
iudicii. **S**onuz posuit **B**arholomeus
dicens. **C**redo in sp̄m sanctum. **S**icut
enim in patrem et filium. sic et in sp̄m san-
ctum credere oportet. cum ipse sit patri
et filio cōsubstantialis et ab utroq; pro-

cedat eternaliter / Precedit tamen cotidie
in nos spiritualiter / sed opz ut si eius a
morem recipere volumus / triplicem alie
num amorem contemnamus scz terrenū
proprium / et carnalem / Augustinus / Pro
cedat spūs sanctus in medium / et dicat
amatori suo vis me frui? volo. Con
temne qd qz terrenum / Contempsi / Pa
rum fecisti. Quid amplius? / Contemne
teipm / Contempsi / Cultuz fecisti / Sic
me inuenisti / sic ire / sic amare / sic p̄ire / ē
ad deum puenire / Decimū posuit / Hy
mon dicens / Sanctam eccliam catho
licam / Est autem sancta ecclia modo
in tres partes diuisa / Una ē in mundo
que adhuc est in timore / et expectatōe
Alia est in celo / que est sine timore / et ex
spectatōe / Tercia est in purgatorio / q̄
medio modo se habz / quia ē in expec
tatōe cum adhuc p̄ntem gloriam nō
habeat / Est tamen sine timore / qz hēt
liberum arbitrium in bono confirmatuz
Itud rep̄ntant tres partes / que de cor
pore cristi fiunt / Undecimū posuit
Thaddeus dicens / Sanctoz cōmunio
remissionē p̄tōrum / Crede / re emz
dēmus qz in ecclia sit cōmunicatio bo
noruz / Juxta illud / Particeps ego suz
omniū timētiū te / Et qz ibi etiam de
tur remissio p̄tōruz p̄ baptismū / et pe
nitentiam / et alia sacramenta / Dicit autē
Ambrosius in li. de apologia / Dauid di
cens / p̄t̄m aut donat / aut delet / aut te
gitur / Donat p̄ gratiam / delet per san
guinem crucis / tegit p̄ caritatem / De i.
Lu. vii. / Nō habētibus illis unde red
derent donauit utrisqz / De ii. / Apoē. i.
Laui nos a peccat̄ nostris in sangui
ne suo / De iii. / 1. Throuer. x. / Vniuersa de
lecta operuit caritas / Undecimū po
suit / Matthias dicens / Carnis resurrec

tōnem / et vitam eternaz Amen / Crede
re em debemus qz omnes resurgēt / sz ma
li ad mortem eternam / et boni ad vitā
eternam / Ideo postqz dixit / Carnis re
surrectōnem / statim ad differētiāz ma
loruz subiunxit de bonis / vitā eternā
de qua dicit / Mat. xix. / Vitam eternaz
possidebitis / hoc qz dicit vitam respi
cit illos qui sunt in inferno / qui habēt
sunt in morte / hoc qz dicit eternam res
picit illos qui sunt in mūdo / qui vitā
transitoriam / hoc qz dicit possidebitis
respicit illos qui sunt in purgatorio / qz
adhuc nō sunt ī possessione / Beati autē
habent vitam sine morte / contra illos
qui sunt in inferno / eternitatē sine fine /
Contra illos qui sunt in mūdo / et pos
sessionem sine expectatione / contra il
los qui sunt in purgatorio .

Dominica vicesima secūda .

Sermo primus .

Simile est regnum celoꝝ homi
ni regi qui posuit rōnem cum
seruis suis / Mat. xviii. / Sup̄
interrogauit Petrus / Hiesum / quotiēs
peccabit in me frater meus / et dimittā ei
vsqz septies / Cui dominus respondit
Nō dico tibi vsqz septies / sed vsqz sep
tuagesies septies / et ponit̄ ibi numerus
determinatus pro indeterminato / id ē
quotiens peccabit totiēs dimittē / Iste
tamen numerus septuagesies septies / po
tius ponitur qz aliquis alius / quia ab
Adam vsqz ad xp̄m fuerunt septuagin
taseptem generatōnes / Sicut ergo xp̄s
totius generis humani deleuit culpas /
Sic et homo omnes suas dimittere dz
offensas / ut ideo posuit in isto nume
ro / quia constat ex numero vniuersita
tis .i. septem / et numero transgressionis

id est undecim. quia septies undecim fa-
ciunt septuaginta septem. Est ergo sen-
sus Dimitte septuagesies septies. i. vni-
uersas transgressiones et iniurias tibi fa-
ctas. Et autem istud quod dominus dix-
erat Petro. melius mentibus nostris in-
figeret. ideo quod dixerat uerbo confir-
mat exemplo. ponens parabolam istam
et dicens. Simile est regnum celorum. In
hoc ergo euangelio describuntur persona
regis. persone seruorum. Per istum autem re-
gem intelligit deus qui tripliciter descri-
bitur. Primo quod sit districtus omnibus
in exigenda ratione quod notat cum dicitur.
Sui uoluit rationem ponere cum seruis
suis et infra. Cum autem non haberet unde
redderet. quia secundum Remigium. homo
pro se peccet. tamen pro se a peccato non uult sur-
gere. Iussit eum dominus eius uenudari.
et uxorem eius et filios et omnia que ha-
bebat et reddi. Per ista autem quatuor
que dominus iussit uenudari intelliguntur
quatuor que homo potest habere. habet
enim quoddam quod ipse est scilicet corpus et
animam. quoddam quod est quasi ipse. scilicet
uxorem. quiddam quod est ab ipso scilicet fi-
lios. quiddam quod est extra seipsum
scilicet res temporales. Sunt ergo que male
regunt seipsum. i. corpus et animam. Tales
uenudant. i. domino demonum man-
cipant. Homo enim merito peccati effi-
citur seruus dyaboli. Io. viii. Omnis
qui facit peccatum seruus est peccati. Alii
sunt qui uxores suas nimis voluptuo-
se diligunt. et libidinibus tanquam equus et
mulus inserviunt. Isti cum uxoribus ue-
nudant. i. cum eis domino demonum
subiugant. Alii sunt qui filios suos inor-
dinatè diligunt. exercentes rapinas et usu-
ras ut eos ditare possint. Isti cum fili-
is uendunt. i. seruituti demonum. cum eis

tradunt. Alii sunt qui bona tempora-
lia aut auare retinent. aut uane expen-
dunt. Isti uendunt cum omnibus que
habent. quia potestati demonum traduntur.
pro eo quod bona temporalia pauperibus
non communicauerunt. sed aut auare
retinuerunt. aut in uanitatibus expende-
runt. Secundo ostendit de rege quod sit
liberalis humilibus. in debiti dimissionem.
Cum dicitur. Misertus dominus ser-
ui illius. Ecce quanta liberalitas dei.
nam seruus petebat dilationem. et acce-
pit totius debiti dimissionem. Simile ha-
betur Luce. xxii. De latrone ubi dicitur.
Aug. Considerabit latro facinora sua.
et pro magno habebat ut uel in fine si-
bi peccet. dominus autem sibi dixit.
Amen dico tibi hodie mecum eris in pa-
diso. Misericordia obtulit quod miseria
distulit. Nec mirum si deus modo est ita
liberalis et misericors. quia modo est fo-
rum misericordie. Habet enim deus tri-
plex forum. Primum est in patre quod est fo-
rum solius misericordie. Non enim mise-
ricordia audit causas. iusticia facit fe-
rias. Psal. xvi. Preparabit in misericor-
dia solum eius. ideo omnes causas iu-
sticia remittit ad thronum gratie eius.
Unde dicitur Hebre. iiii. Ad eam cum
fiducia ad thronum gratie eius. De
eundem forum erit in iudicio. quod erit
pure iusticie. ubi iusticia audiet causas.
et misericordia faciet ferias. et ideo mi-
sericordia omnes causas deinceps remit-
tet ad solum iusticie. Psal. ix. Super so-
lum Dauid et super regnum eius sedebit.
ut confirmet illud et corroboret in iu-
dicio et iusticia. a modo et usque in semp-
ternum. Tertium forum est in purga-
torio. quod est forum mixtum. quia ibi erit
iusticia que pena infligit. et misericordia

que gloriaz donat psal. Misericordia
et veritas pcedent faciem tuam. Unde
quilibet q est in purgatorio dicere po
test. Misericordiam et iudicium ceta
bo tibi domine. Et illud. duo hec au
diui. quia potestas dei est et tibi domi
ne misericordia. Tercio ostendit de
rege q sit seuerus ingratis in totius de
biti dimissi repetitōe. cum dicit. iratq
dominus tradidit ipm tortoribz. i. d
monibus quousqz redderet vniuersuz
debitum. Glo. Si non dimiserimus ex
corde qd in nos delinquit. et hoc qd p
penitēciam dimissum erat a nobis exi
gitur. Ex quo videt q pctā dimissa
redeit ppter pctm odii. Sup hoc dix
erunt quidā q nō redeunt quātum ad
maculam ul reatu sed quātuz ad mag
nitudinem. Sui em post acceptam re
missionem ad pctm redit magis delin
quit. quia ingratus tanto beneficō exi
sit. et ita ingraticudo pctm recidiuant
aggrauat. Alii dicunt pctā redire qz tū
ad penā substantialem. Sicut em in celo
est vnus denarij. i. vna beatitudo sub
stantial. et stella differat a stella in cla
ritate. sic et in inferno est vna pena sub
stantialis p modum damni scz carētia
visionis dei. Et alia p modum sensu.
scz ignis et vermis. vtraqz debet pro
quolibz pctō mortali. scz secundum ma
iorem vel minoritatem pctōrū sen
tiet pctōr maiorem ul minorem ignis
vredinem et vermis corrosione. Dñe
ergo pctā redire quia recidiuāt eadē
pena ignis in genere debet que prius.
maior tamē qz prius. Alii dicunt sicut
prepositiuus. q pctā redeit in quor
casibus. scz ppter odium fraternū. pp
ter apostasiam a fide. propter otemp
tum confessionis. et propter dolorē de

penitētia habita. Unde uers9. Fratres
odit apostata sic spm̄tqz fateri. Peni
tuisse piger pristina culpa redit. Secūdo
ponunt persone seruoꝝ et hoc in tripli
ci differentia. Primo ponit seruus ille
qui debebat decem milia talenta. Secūdo
ille qui debebat centum denarios.
Tercio illi qui domino annunciauerūt
Per illum seruum q debebat decem mi
lia talenta intelligunt illi qui offendūt
in deum. p illum qui centum denarios i
telligūt illi qui offendunt in pximū.
Unde dicit Crisost. Tanta est differen
tia pctōrum qui comittunt in dūm et ho
minem. quāta est differentia inter decem
milia talentoꝝ et centum denarioꝝ. ma
gis autem et multo plus. ipe em corp9
nobis fecit. animam inspirauit. filium
misi. celum aperuit. nos in filios suos
adoptauit. Nunqd ergo si vnaquaqz
die moremur pro illo retribuamus
ei aliquid dignum. De qua qz. Aug. Nō
possum dē aliquid diligere inimicum.
Quicumqz es attendis. qd tibi fecerit
homo. et nō attendis quid tu feceris
deo. Quare nō dimittis bonum parū.
ut tibi deus dignet dimittere multum.
Serui autem qui domino nunciauerūt
signant angelos. scdm Glo. Sui pctō
res deo accusabunt. et nō solum boni
angeli sed etiam mali ipos accusabūt.
immo etiam ipa pctā et omnia elemen
ta. Isti quatuor accusatores stabūt in
iudicio. extra pctōres. Primi erūt āge
li Job. xx. Reuelabunt celi. et angeli in
quitatem eius. Quorūdam em iniqui
tatem reuelabunt. illoꝝ scz qui fuerunt
ualde mali. scz qui vitam suam in iniq
tatibus finiuerunt. Alioꝝ occultabunt.
illoꝝ scz qui fuerunt ualde boni. q pec
eaca sua penitendo deleuerūt. Alioꝝ
Dz

ex parte reuelabunt. et ex parte occulta
bunt. illoꝝ sc̄z qui fuerunt mediocriter
boni. qui secum aliqua cremabilia por
tauerunt. Hoꝝ eñ p̄c̄t̄a angeli deo re
uelabunt ut de ip̄is purgent̄. et demoni
bus occultabunt ne ab ip̄is excusent̄.
Secundi accusatores erunt demones.
De quoz̄ accusatōne dicit Aug⁹. **D**ic
turus est in iudicio aduersarius. **E**q̄
sime iudex iudica istum meum esse ob
culpam. qui noluit tuus esse per gr̄am.
tuus est p̄ naturam meus est p̄ miser̄iā.
tuus p̄ passionem meus p̄ suasionem.
Tibi inobediens mihi obediens. **A** te
accepit immortalitatis stolaz. a me ac
cepit hanc p̄anosam qua inductus ē tu
nicam. **T**uam uestem dimisit cum mea
huc uenit. **E**quissime iudex iudica istū
meum eē et mecum damnādum esse. **I**n
quibus uerbis ponunt̄ quinq; allega
tōnes. quibus uult dyabolus ostende
re p̄c̄tōrem secuz̄ esse damnādum. **P**ri
ma est talis. **T**u obtulisti sibi tuaz̄ gra
tiam. ego meam culpam. **T**uam gratiā
contempsit. meam culpaz̄ recipiet. ergo
debz̄ esse meus. **S**ecunda est talis. **T**u
creasti eum p̄ naturam. ideo deberet eē
tuus. sed fecit se meum p̄ suam magnā
miseriam. ideo debz̄ esse meus. **T**ercia
est talis. tu sustinuisti propter euz̄ gra
uiem passionem. ideo deberet esse tuus.
ego uero obtuli sibi meam suasionem.
sed ip̄e tuam passionē contempsit. sed
meam suasionem recepit. ideo debet eē
meus. **Q**uarta est talis. duo sunt sc̄lz̄
obediētia et inobediētia. quicūq; aut̄
est tibi obediens est tuus. qui uero est
tibi inobediens est meus. **S**ed iste fuit
tibi inobediens sed mihi obediens. er
go debz̄ esse meus. **Q**uinta est talis. tuū
est facere homini uestem fulgidam pur

tum. meum est facere sibi uestem for
didam uicioꝝ. quicūq; autem habet
uestem uirtutum est tuus. qui uero hz̄
uestem uicioꝝ est meus. **S**ed iste tuā
uestem abiicit. et meam secuz̄ portauit.
ergo debz̄ esse meus. **T**ercii accusatores
erunt p̄pria p̄c̄t̄a. **S**apient. iiii. **T**radu
cent illos ex aduerso iniquitates ip̄oz̄.
Istud ostendit **J**aco. v. ubi dicit. **A**gi
te nunc diuites plorate. ululantes in mi
seriis uestris. que adueniēt uobis. diui
tie uestre putrefacte sunt. et uestimēta
uestra a tineis comesta sunt. aurū et ar
gentum uestrum eruginauit et erugo eo
rum in testimonium uobis erit. et infra
Ecce merces oparioꝝ que defraudata
est a uobis clamat. et clamor eoz̄ in au
res domini sabaoth introuit. **U**bi of
fendit **J**acobus. q̄ p̄tra malos diuites
tria clamabant in iudicio. sc̄z erugo. ci
nea. et merces defraudata. **S**ūt eñ qui
diuitias suas auare retinent. et recōdūt.
Contra hos clamabit erugo. **A**lii sunt
qui eas uane expēdunt. et multa mutal
toria uestium emunt. contra hos cla
mat tineā. **A**lii sunt qui bona pauperū
rapiunt. et eos expoliant. et mercedibus
laboz̄ suoz̄ eos defraudant. p̄tra hos
clamabit merces iniuste detenta. **Q**uar
ti accusatores erunt oīa elementa. **I**stō
ostendit **H**ugo de sancto victore. **C**ō
tra p̄c̄tōrem in iudicio celum dicit. **E**go
lucem sibi ministraui ad solacium. **A**er
dicit. ego omne genus auium sibi dedi
ad obsequium. **A**qua dicit. ego diuer
sa genera pisciū sibi dedi ad esum. **T**er
ra dicit. ego panem et uinum sibi dedi
ad nutrimentum. **P**ostq̄ uero omnia
elementa recitauerunt. omnia bñficia cō
uertent̄ p̄c̄tōribz̄ ad supplicia. sic dicit
Hugo ostendit dicens. **N**az̄ ignis dicit

in me comburat. Aqua dicit in me de-
mergat. Aer dicit in me uentilet. Terra
dicit a me absorbeat. Infernus dicit a
me degluciat. Sapient. v. Armabit om-
nem creaturam ad ultionem contra in-
feros sequi.

Sermo secundus unde supra:

Oblatus est ei vnus qui debe-
bat decē milia talenta. Scdm
btm Ber. Obligati sumus deo
ad quatuor debita maxima p̄soluēda.
Unde dicit. Si cognouisses q̄ multa
q̄ m̄ factis debes videres q̄ nihil ē qd
facis. Primo debes xpo totam vitaz
tuam quia ip̄e pro tua posuit suam.

Secundo exigunt p̄terita p̄ctā tua fu-
turam vitam tuam ut facias fructus
dignos penitētie. et recogites ōnes an-
nos tuos i amaritudine aīe tue. Quid
si tertium debitorem ostēdam qui uen-
dicit eam totaz sibi. puta q̄ desideras
gloriam quā oculus nō vidit. nō
ne ad hanc emēdam te totuz. et q̄cunqz
poteris dare oportebit. et cū omnia cō-
pleueris dices. nō sunt condigne passi-
ones huius temporis ad futuram glo-
riam. que reuelabit in nobis. Quarto
creditori debes quod es. a quo totuz
habes qui te fecit. et b̄n̄facit. et cūcta mi-
nistrat. Ita ergo tam maxima debita
sunt decez milia talenta. de quibz xps
in iudicio a nobis rōnem requiret. q̄li-
ter scz totam vitam nostram dederimz
ei qui nos creauit. et qui nos redemit.
et qui tot et tanta p̄ctā nobis dimisit.

et qui tantam gloriam nobis p̄misit
Ad istam autem rōem exigēdam qua-
drupliciter procedet. Primo em ōnes
ad suum iudicium citabit. et hoc tripli-
ci citatōne scz monitoria. p̄ceptoria. et
pemptoria. Citatōnem monitoriā mit-

tet p̄ prophetam Jobel. iiii. Cōsurgāt
et ascendant om̄s gētes in uallem iosa-
phat. quia ibi sedbo ut iudicē omnes
gentes in circuitu. Citatōnem p̄cepto-
riam mittet p̄ alium p̄phetam q̄ dicit.
Exurge domine deus meus in p̄cepto
qd̄ mandsti. et in synagoga populoz cir-
cūdabit te. Et p̄pter hanc in altum re-
gredere dominz iudicat populos. Ci-
tatōnem pemptoriam mittet p̄ angelū
Apo. x. Angelus quē vidi stantem sup
mare leuauit manum suam sup celos. et
iurauit p̄ viuētem in secula seculoruz.
qd̄ tunc amplius nō erit. sed in diebus
vocis septimi angeli cum cepit tuba ca-
nere cōsummabit misterū dei. De hac
triplici rōne dicit. i. Thes. iiii. Ip̄e dñs
in iussu. ecce citatio p̄ceptoria. Et in
voce archangeli. Ecce citatio monito-
ria. Et in tuba dei descendet de celo et
mortui qui in xpo sunt resurgent p̄m̄i.
ecce citatio pemptoria. Secundo ip̄os
citatos examinabit. et maxime de qua-
tuor. Primo de bonis cōmissis. Qua-
tuor em̄ et bona nobis comisit. scz cor-
pus. et animaz. res temporales. Et tem-
pus. de quibus dicit. Eccl. xvii. Deo cre-
auit hominem. hoc refert ad corpus. et
secūdam imaginem suam fecit illū. hoc
refert ad animā. Numez dieruz. et tem-
pus dedit illi. hoc refert ad tempus. et
potestatem eoz que sunt sup terram.
hoc refert ad omnia temporalia quibz
ip̄e homo est p̄latus. Dedit ergo dñs
homini corpus. ut cōseruet illud in iū-
dicia. et sanctificatōe. i. Thes. iiii. Sciāt
vnusquisqz veltz suum vas possidere
in sanctificatōnem et honorem. Dedit
aniam ut faciat sibi magnum bono-
rem. Si em̄ honoramus imaginem dei
pictam. multo fortius dēimz honorare

imaginem eius in anima nostra creatā /
Ecc. x. Fili in mansuetudine serua ani-
mam tuam et da illi honorē scdm meri-
tum suum. **Dedit etiam deus homini**
temporalia ut paupibus ea dispense-
t. **Crisost.** Deus dispensatores nos diu-
tiarum suarū esse voluit. nō dominos.
et ideo cui voluerit dat eas. a quo vo-
luerit tollit. **Illud proprie nostz ē qd**
in nostra potestate est. habere si volu-
mus. **Dedit etiam homini tempus ut**
id conseruet. **Ecc. iii.** Fili conserua tē-
pus. **Ber.** Nihil p̄ciosius tempore sed
heu hodie nihil vilius reputat. **Tran-**
seunt dies salutis et nemo recogitat. et
Idēz. Nemo vestz fratres p̄ui estuz
tempus qd in uerbis cōsumit ociosis.
volat uerbum irreuocabile. volat tem-
pus irremeabile nec aduertit insipiens
quid amittat. **Libet cōfabulari aiunt**
donec hora p̄tereat. **Q** donec hora pre-
tereat. donec tēpus transeat. donec ho-
ra p̄tereat. quā ad agēdam penitētiā.
ad obtinēdam veniam. ad acq̄rendā
grām. ad p̄merendam gloriam. misera-
tio conditoris indulget. et. **Si em̄ dia-**
bolus unam horam tēporis possz ha-
bere. cuz illa et gebēnam euaderet et glo-
riam obtineret. **De his ergo quatuor**
nobis cōmissis nos rationem reddere
oportebit. **Sed de corpore malam rō-**
nem reddent **luxuriosi.** qui illud in deli-
cis nutrierunt. **Iaco. v.** Epulati estis
et in luxuriis enutristis corda uestra.
De anima malam rōem reddent supbi
qui animam inhonorauerūt. dū ip̄am
omnibus meritis p̄ supbiam exspolia-
uerūt. **Ecc. vi.** No te extollas in cogi-
tatōne anime tue velut thaurus. ne for-
te elidat virtus tua p̄ stulticiam. et fo-
lia tua cōcedat et fructus tuos p̄dat. et

De rebus malam rōem reddent auari.
qui paupibus nihil dare voluerūt. vñ
dicit eis in iudicio. **Ma. xxv.** Esuriri
et nō dedistis mihi manducare. sitiui et
nō de. et. **De tempore em̄ malam rati-**
onem reddent **ociosi.** qui ip̄m tempus
negligenter expenderūt. **Unde Bernar-**
dus. Omne tempus nobis impensum
requiret a nobis qualiter sit expensuz.
sicut capillus nō p̄bit de capite. sic nec
momētum de tempore. **Secundo rōne**
regret de bonis a nobis **omissis.** **Itē**
p̄. **Mat. xxv.** Vbi dominus seruum
qui obmisit lucrari in talento accepto
redarguit. et i tenebras mitti iussit. **Ber-**
talētum intelligit donum intelligentie
qd quidam abscondit in terram. **Vñ**
dicit ibidem. **Abiens fodit in terrā et**
abscondit pecuniaz domini sui. **Quid**
em̄ ponit in sudario. **Unde dicit Lu-**
xix. Ecce mna tua quā habui repositā
in sudario. **Alii ponunt ad mensam si-**
cut boni serui. **Unde dicit ibidem.** Et
quare nō dedisti pecuniā meā ad men-
sam et. **Pecunia autem abscondita in**
terram rubiginem contrahit. **reposita i**
sudario nō crescit. **posita ad mensam**
fructum facit. **Alii in terra abscondit**
qui donuz intelligentie in cupiditatibz
terrenoz ponunt. **ex hoc sepe contrahit**
rubiginem p̄cōrum. **Alii ponunt in su-**
dario. qui dāt se torpori et ocio. tales
nullum fructuz faciunt bonoz operū
Alii ponunt ad mensam qui dona intel-
ligentie ponunt ad sacram scripturaz.
tales sibi acquirunt magnum cumulu-
meritoz. **De qua mensa dicit psal.** Pa-
rasti in conspectu meo mensaz. et. **Ter-**
cio requiret rōem de malis a nobis **cō-**
missis. **Iudex terrenus rōem nō requi-**
rit de minimis nec de alienis. nec d̄ oc-

cultis. **Iudex** em̄ eternus tante erit seue-
ritatis. q̄ rōnem requirit de minimis.
sicut de uerbis ociosis. **Ma. xii.** De oī
uerbo ocioso quod locuti fuerint ho-
mines reddent rōnē in die iudicii. **Rō-**
nem reqret de malis alienis. ⁊ maxime
de platis. **Eze. iii.** Sanguinem eius de
manu tua requiram. **Rōnem** requiret d̄
cogitatōnibus occultis. **Sapient. vi.**
Cogitatōes nostras scrutabitur. **Job**
xxxi. Nōne ip̄e cōsiderat uias meas.
Glo. sicut deus vniuscuiusq̄ uias con-
siderat. sic gressus dinumerat. ut nec mi-
nucissime cogitatōnes. nec uerba tenuis-
sima que apud nos usu ualuerunt. ei⁹
iudicio indiscussa remaneant. **Quarto**
rōnem requirit de malis nobis dimis-
sis. sicut p̄z hic in seruo. cui domin⁹ di-
miserat decem milia talenta. qui noluit
conseruo dimittere cētum denarios. **p̄**
decem milia talenta signant̄ decez pre-
cepta. que q̄dem qui transgredit̄ debet
deo decem milia talenta. i. penam pro
transgressione decem preceptorū.
Per centum denarios intelligunt̄ que
libet minores offense que i proximos
cōmittunt̄. **Hiero.** Dicamus sub exem-
plo. si quis nost̄z cōmiserit adulteriū.
homicidium. sacrilegiuz maiora crimi-
na. decem milia talenta roganti dimit-
tunt̄. si ⁊ ip̄e minora dimitat peccanti-
bus. **Tercio** ip̄os examinatos cōuincet.
⁊ hoc p̄ autentica instrumenta. i. p̄ sc̄a
euangelia. **Rōs. ii.** In die qua domin⁹
iudicabit occulta hominū. **sc̄.** Sūt em̄
quedaz opa que t̄m sunt hominis. sic
est opus peccati. **psal.** Nō loquet̄ os
meum opa hominum. **Quedaz** q̄ sunt
t̄m opus dei. sicut est opus creatōnis.
Job. ix. Extendit celos solus. **Quedā**
que sunt opus dei ⁊ hominis. sicut est

opus iustificatōnis. i. **Cor. iii.** Dei em̄
sumus adiutores. **Jo. xv.** Sine me ni-
hil potestis facere. **Opus** ergo creatio-
nis deus nō iudicabit nec condēnabit.
sed reformabit in melius. sicut celum ⁊
terram ⁊ omnia elementa. **Similr** op⁹
dei ⁊ hominis nō cōdēnabit sed remu-
nerabit. **Opus** autem solius hominis
sc̄z p̄ctm̄ iudicabit ⁊ cōdēnabit. **psal.**
In opibus manuum suarum cōphē-
sus est p̄ctōr. **Quarto** extra ip̄os cōiū-
ctos sentētiā diffinitiuā. p̄feret. di-
cens. **Ma. xxv.** Discedite a me maledi-
cti. ⁊c. **Nulla** autem sententia nullo auxi-
lio poterit subleuari. quatuor em̄ auxi-
lius consuevit sententia subleuari. **Primo**
p̄ appellatōnem. secundo p̄ suppli-
catōnem. **Cum** em̄ sententia fert̄ a p̄nci-
pe tunc nō lz appellare. sed lz supplica-
re. **Tercio** p̄ querelam falsi ut dicat̄ q̄
sententia lata sit p̄ falsos testes iudice
circūuento. **Quarto** p̄ in integroz resti-
tutōnem. **Est** autem in integrum resti-
tuere. sc̄z reducere in eum statuz in quo
erat ante lesionem. **Nulla** autem sentētia
nō poterit releuari primo p̄ appellatō-
nem. **Appellatio** em̄ ibi locum nō habe-
bit. quia crimen cuiuslibet notorium
erit. **Et hoc tripliciter.** **Primo** p̄ con-
fessionem propriam. **Conscientia** em̄
cuiuslibet cōfitebit̄ suum scelus. **Aug⁹.**
Cuiusq̄ iudicium futuroz times. p̄ntez
consciētiam corrige. **Sermo** em̄ cause
tue testimonium cōscientie tue. **Secūdo**
erit notoriū p̄ facti euidētiam. **Hiero.**
Aderit dies illa. in qua facta n̄ra quasi
in quadaz tabula picta demonstrabū-
tur. **Tercio** erit notorium p̄ p̄sumptio-
nem uolentaz. in eo em̄ q̄ ponent̄ a si-
nistris. p̄sumet̄ q̄ sunt damnandi. **Sic**
⁊ de iustis in eo q̄ ponentur a dextris.

psuadet. q̄ sint saluandi. **S**ecundo illa
sententia nō poterit releuari per suppli-
catōnem. **S**i em̄ omnes potentes celestis
curie. Sicut beata virgo. apostoli
et martires et omnes sapientes. sicut con-
fessores et doctores p̄ces ad supplican-
dum componerēt deus nō exaudiret.
Job. li. **N**ō parcam eis verbis potētibus
ad deprecandum opositis. immo
si omnes sancti. p̄ eis supplicarēt. et ip̄i
ieiunando se affligerēt. et sacrificia do-
offerrent deus eos nō exaudiret. **H**iere.
xiii. **N**oli orare pro populo isto in bo-
num. cum ieiunauerint nō exaudiam p̄-
ces eoz. **E**t si obtulerint holocausto/
mata et victimas nō suscipiam ea. qm̄
gladio et fame et peste cōsumam eos.
Tercio nō poterit releuari p̄ querelam
falsi. vt dicant. q̄ illa sententia sit lata
p̄ falsa instrumenta. ul̄ falsos testes in-
dice circūuento. quia ille iudex nō po-
terit decipi nec circūueniri. cum sit veri-
tas et sapientia dei. **J**ob. xxi. **S**eruato-
rem anime tue nihil fallit. **E**iisdem. xii.
Ipe nouit decipiētem. et eum q̄ decipit.
Contra ip̄ius ergo sapiētiam nihil ua-
lebūt loquacitates aduocatoz. nec so-
phismata philosophoz. nec facundie
oratoz. nec argucie versutoz. **D**e his
Hiero. **S**uāri elingues et muti feliciores
loquacibus erunt. quāti pastores phi-
losophis. quāti rustici oratoribz. q̄ ti-
ebetes argucius p̄ferēdi sunt tyrerōis.
Quarto nō poterit illa sentētia releua-
ri p̄ integram restitutōnem. ut sc̄z ad p̄-
stinum statum restituant. **D**e bre. vi.
Impossibile em̄ est eos qui semel illu-
minati sunt. et prolapsi sunt sc̄z per
finalemp̄iaz rursz renouari ad pe-
nitentiam. **P**sal. **R**eges eos in virga fer-
rea. et tanq̄ vas figuli confringes eos.

Ip̄i em̄ nō erant vas eneum sed terreū
quia amando terrena facti sunt terra.
Ideo dicit tanq̄ vas figuli. et nō fran-
gent ab aliquo angelo. sed a ualidissi-
mo pugile deo. **I**deo dicit cōfringes
eos nec frangent cum virga lignea. id
est cum flexibili misericordia. sed cum
virga ferrea. i. cum inflexibili iusticia.
Ideo p̄mittit. reges eos in virga ferrea
et p̄pterea taz ualide frangent. et nūq̄
reintegrabunt. **H**iere. xx. **S**ic conteraz
populum istuz. sicut conterit vas figuli
q̄ nō potest ultra restaurari.

Sermo tercius.
Terue nequā omne debitum di-
misi tibi. et sc̄d̄m Aug. **H**abe-
re odiuz in corde ē habere gla-
dium. scorpionem et ignē. **D**e p̄mo sic
dicit in sermone. **S**ui alii nocere desi-
derat. similis est illi qui gladio se trāfuer-
berat. ut tunicam alterius cedat. **D**e se-
cundo sic dicit in sermōe. **R**efrenate irā
que uos stimulat ad uindictam. **T**ra-
em̄ scorpio est. si te interius flāmis ex-
citauerit. si ergo te vis uindicare de in-
mico tuo. ad ip̄am iram tuam te cōuer-
te. quia ip̄a est inimica tua que occidit
animā tuam. **D**e tercio sic dicit sup̄ ps̄.
Sic puta maliciam esse quō ignem. si
incendere uis aliquid. illud quod ap-
ponis igni prius ardet. nisi em̄ ardeat.
nō incendit. **V**erbi gr̄a. **C**um faculam
apponis igni. prius ardet ut aliud pos-
sit incēdere. **T**ra ergo malicia procedit
ex te. quid uastat ateq̄ te. malicia tua
ut alteri nō noceat fieri pot̄. vt tibi nō
noceat fieri nō potest. **S**uia ergo ille q̄
odium retinet seip̄m occidit. et sic dicit
tur **E**ccl. xiiii. **S**ui sibi neq̄ est. cui alii.

Sui uero liberaliter dimittunt magis
sibi profunt. q̄ illis quibus dimittunt.
Crisost. Si oderis inimicum tuum. am-
plius tibi nocuisti scdm animam. q̄ illi
secundum corpus. Et illi forsitan nihil
noces odiens eum. teipm autē sine du-
bio ledis. **S**i ergo pepercis inimico. ti-
bi amplius pepcisti. Et si ei benefeceris.
tibi amplius prestitisti q̄m illi. **T**ercio
dimittit facilliter sine extorsione. **I**do-
dicit. quoniam rogasti me. **Q**uidam re-
mittere nolunt nisi aut rogati. aut co-
acti. aut nimis exterriti. **D**eus autē fa-
cilliter remittit. **D**az remisit Dauid ad-
ulterum et homicidium. cum tribus sil-
labis. quādo dixit peccaui. **R**emisit pe-
tro pctm negatōis. cum paucis lacri-
mis. **R**emisit publicano pctā sua cum
quinque uerbis cum dixit. **D**eus propi-
cius esto mihi pctōri. **Q**uia ergo deus
remittit sic totaliter sic facilliter. nō val-
de ingratus est qui proximo nō remit-
tit. **I**ngratitudo em̄ graue uicium est. et
quinque mala facit. **O**num est quia pec-
cata prius remissa reuocat. **A**ugust. de
uerbis domini. **D**e tibi deus. **D**imitte
et dimitte tibi. sed ego prius dimisi.
dimitte tu uel postea. **D**am si nō dimi-
seris reuocabo te. et quicquid dimiserā
replicabo tibi. **S**ecundum est qd̄ omnia
merita dissipat. **B**er. **I**ngratitudo in-
mica est anime. exinanitio meritoꝝ. uir-
tutumq; dissipatio. beneficioꝝ. et pdicio.
Tercium est quia fontem diuine gratie
exsiccāt. **I**dem **I**ngratitudo est uenit̄
uens. siccans sibi fontem pietatis. **R**o-
rem misericordie et fluētā gratie. **G**uar-
tum ē quia uiam gratie obstruit. ne sc̄z
ad animā intrare possit. **I**dem **I**ngra-
titudo uias obstruit gratie. et ubi illa
fuerit gratia accessum nō inuenit. **I**dē

Accipiendis indignus est qui fuerit de
acceptis ingratus. **Q**uintum quia pon-
tem misericordie frangit. **A**ug sup ps.
Deus ultionum. **D**e festines alium pu-
nire. si ipse te lesit. sic nolles puniri alio
rogante quē lesisti. **N**oli misericordie
pontem sub uertere quē transistis. si ille
peccat in te. ne pecces tu deterius blas-
phemas deum. **Q**uia uero seruus neq̄z
habuit duas predictas nequicias. **I**o
habuit duas penas sc̄z penam damni
et penam sensus. et utraq; est eterna. **P**e-
na damni notat̄ cuz dicit̄ et iratus do-
minus. **D**amnati em̄ nunq; uidebunt
deum placidum sed iratum. et utrunq;
est magna pena. **D**am uidere deum ira-
tum maxima pena. **A**pocal. vi. **D**icēt
montibus et petris caclite sup nos a ab-
scondite nos a facie sedentis sup thro-
num. et a facie agni. **N**ō uidere etiam
deum placidum est maxima pena. **C**ri-
sost. sup **M**at. **M**ulti gebenam hor-
rent. ego autē casum illius glorie mul-
to maiorem penam gebena esse existi-
mo. **U**eruetiam. **S**i mille ponat aliq; **g**e-
bēnas. nihil tale dicet quale excidi a
gloria illa. odio a xpo haberi. et audi-
re nō noui uos. **E**t em̄ melius est susti-
nere decem multa fulgura. q̄m facie illā
mansuetam uidere a nobis auersam. et
tranquillum oculum nō ferentem uide-
re nos. **I**dem **S**ensu notat̄ cum dicit̄.
Tradidit eum tortorib; i. demonib;
in carcere infernali. **H**ab; em̄ deus car-
cerem. palacium. stabulum et hospitale.
In carcere sunt omnes mali. in palacō
omnes boni. in stabulo boni et mali.
In hospitali mediocriter boni et medi-
ocriter mali. **C**arcer est infernus. **T**unc
autem homo habet carcerem penalem.
quādo manibus et pedibus uinculat̄.

Ingrati. 4. m. ff.

tunc habz penaliorez qñ continuis te
nebris inuoluit. **Tunc penaliſſimū** qñ
continuis fletibus ⁊ dentium ſtridoribz
angustat. **Talis est carcer infernal.** iux
ta illud. **Mat. xxii.** **Ligatis manibus**
⁊ pedibus mittite eum in tenebras ex
teriores. **ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiū**
Palacium est paradifus. quale autem
palaciū homo edificat ſibi hic. tale ibi
inueniet. **Edificat em de auro dilectio**
nis dei ⁊ de argento dilectōnis pximi
⁊ de lapidibus ꝑcioſis bonoz operū.
Iuxta illud. i. Coz. iii. **Si quis autēz**
ſupedificat ſup fundamētuz hoc auri
argentum. lapides ꝑcioſos ⁊ ſtabulū
est iſte mundus. in quo homo poſit⁹
fuit poſtqꝫ peccauit. quia teſte prophe
ta comparus est iumentis inſipientibz
⁊ ſimilis factus est illis. **Ber. Puto iu**
menta dicerent ſi loqui faſ eſſet. Ecce
Adam factus est quaſi vnus ex nobis.
Ad hoc ſignificādūz dominus naſcēs
in mundo. poni voluit in ſtabulo. **Et**
autem tot pulchra ⁊ delectabilia inueni
untur in ſtablo. qualia ſunt illa q̄ ſunt
in palacio. **Et tamen reſpectu illorum**
iſta fetida. ve autem illi. qui diligit ſe /
torē ſtabuli. ⁊ nō curat uenire ad odo
rem palaci. hoſpitale dei eſt purgato
rium. in quo ſanant infirmi. quoz qui
dam habuerunt multum de humore. i.
de mundano amore. Iſti tardius cre
mabunt ut lignum. Alii minus iſti ci
tius cremabunt ut fenum. Alii minime
⁊ iſti citiſſime cremabunt ut ſtipula. i.
Coz. iii. **Si quis ſupedificauerit lignū**
fenum. ſtipulam. vnusquiſqꝫ opus ma
niſteſtabit. Vtraqꝫ autem ſcꝫ damni et
ſenſus eſt eterna. Hoc notat cum dicit
Quoaduſqꝫ reddat debitū vniuerſum
Remigius. Nota qꝫ quoaduſqꝫ ponit

pro infinito ⁊ eſt ſenſus. **Nuncꝫ ſoluet**
ſed ſemp penam luet. Sed nō videt qꝫ
ſue iuſticie competat hominez pro cul
pa tranſitoria punire pena eterna. Ad
hoc dicēdum qꝫ hoc diuine iuſticie cō
petit quadruplici rōne. Primo ppter
inſinitatem offenſi. Eſt em cōis animi
cōceptio. quia iniurioſus tanto dign⁹
eſt maiori pena. quāto ille maior ē cui
infert iniuria. Vnde dicit qꝫ pena tae
atur ſcđm dignitatem eius in quem fit
offenſio. Cum igit maieſtas dei ſit infi
nita. ille qui eum offendit dign⁹ ē pe
na inſinita. Nō autēz poſſit eſſe inſini
ta quātum ad intentōnem. qꝫ nulla pu
ra creatura capax eſt quātitatis inſini
te. ⁊ ideo debz eſſe inſinita quātum ad
duratiōem. Secundo propter eternita
tem pabuli. In ꝑctō qdem ſunt v. ſcꝫ
cōſenſus. delectatio. macula. volūtas
praua. obligatio. ad penam eternam.
Duo autem prima. ſ. conſenſus ⁊ delec
tatio aliquādo tranſeunt in momento.
alia autem tria poſt mortē remanent.
quorum duo ſcilicꝫ macula ⁊ volūtas
praua ſunt pabulum ignis infernalis.
Nō em poſteſt deleri niſi ꝫ gratia. Ad
mortem autēz homo nō eſt ſuſceptibi
lis gratie. Sicut igit ignis materialis
eſt etern⁹ ſi ligna eent eterna. ſic ignis
infernalis eſt etern⁹. quia ei⁹ pabuluz
ſcꝫ macula ⁊ volūtas ſunt eterna. ⁊ iō
remanet tertium ſcꝫ reatuſ. Tercio pp
ter eternitatem mali propoſiti. Volun
tas em peccandi in eis nō habuit finez.
igit nec pena habebit finem. Grego. in
oml. Aunt quidem qꝫ ſine fine nō dēt
culpa puniri cum fine. quibus cit⁹ reſ
pondem⁹ qꝫ recte dicerent ſi iudex eter
nus nō corda hominū ſed facta ꝑſa /
ret. In qui em ideo cuz ſine delinquit

quia cum sine vixerit / voluerit quidē
sine fine viuere. ut potuissent sine fine ī
iniquitatibus pmanere. **A**d iudicis igitur
iusticiam ut nunq̄ careat supplicō
quoz mens in vita hac nunq̄ voluit
carere pctō / ut nō det iniquo termin9
dilatōnis qui quādiu vixit noluit ha
bere terminuz criminis. **Q**uarto prop
ter imitacōnem fori. **V**idemus enī q̄
vnum ⁊ idem furtuz in diuersis foris
diuersimode punit. **N**am alicubi pro
eodem furto quis mutilat / alicubi sus
pendit. **D**eus autez habz duplex forz
vnum in pñti quod ē misericordie ubi
culpa punit pena transitoria / aliud in
futuro quod iusticie est ubi culpe puni
untur pena eterna. **U**nde dicit Crisost.
q̄ quātuz distat deus ab homine / tan
tum distat dei iudicium extremū a iu
dicio hominis. **N**ō recipit tūc natura
iudicis misericordiam / sicut nec tempo
re nec misericordie iudicium.

Dominica vicesimatercia.

Sermo primus.

Aduentes pharisei cōsiliuz inie
runt ut caperent Iesum. ⁊c.
Ad. xxii. **E**o tēpore quo ce
sar Augustus vniuersuz mūdum descri
bi fecit / censum capitalem ab ōnibus
solui iussit. **L**. u. **I**udea quoqz tribu
taria facta est. **M**agnum tamē scisma
erat in populo super hoc / quibusdam
dicentibus q̄ pro securitate ⁊ gete ha
benda. quia romani pro omnibus mi
litabant deberēt soluere tributa. **P**ha
riseis econtrario asserentibus. q̄ popu
lus dei qui decimas ⁊ p̄micias ⁊ alia ī
lege p̄cepta deo soluebat / nō tenebat
homini terreno tributa persoluere. **I**n
tū autem valuit persuasio phariseoz.

q̄ tributum romanis est negatum. **A**p
ter qd̄ impator Titum ⁊ Vespasianū
in iudeaz misit / ⁊ eam puerterunt. **S**uā
uis phariseoz malicia sepe fuerit a cri
sto confusa nō tamen refrenata / quia
affectata malicia aliquādo rōe uerita
tis confundit / sed nō emendat. **I**n istud
ostendit Crisost. exemplo aque ⁊ ignis
dicens / quēadmodum si quis claudere
voluerit aque currentis meatuz / aliud
de sibi semitam p̄rumpit / sic istoꝝ ma
lignitas ex vna parte cōfusa / aliud si
bi aditum adinuenit. **E**t sic ignis q̄to
amplius ligna suscepit tāto maior ex
crescit / sic anim9 malus q̄to magis ve
ritatem audierit / eo amplius in maliciā
excitat. **V**olētes ergo pharisei Iesuz
cape in sermone nō uerunt p̄sonaliter
/ sed miserunt discipulos suos duplici
de causa. ut dicit Crisost. **D**icitunt inq̄
discipulos suos q̄ adhuc minus cog
nitos / ideo ut aut incogniti facile deui
perent / aut dephensi minus erubescerēt.
Et subdit Crisost. **D**iscipuli autem illi
magistris suis erant etate minores / ma
licia autem pares. **N**am pulli ierpētuz
statura breuiores sunt / veneno autem
equales. **E**t catuli lupoz ⁊ si uenacōnē
tenere nō possunt. iam tamē in sangui
ne gaudent ⁊ morsibus ludunt. **M**ise
runt etiam cum suis discipulis ⁊ ipsos
herodianos. **D**icebant autem herodia
ni. milites quidam herodis ascolomte
qui adhuc superstites erāt / vel milites
Herodis tetrarche qui tunc ad hierusa
lem ad diem festum venerat. **M**el scdm
Hierō. **P**harisei illos iudeos deriden
do herodianos vocabant / qui tributa
romanis soluebant. **I**n deo ergo hero
dianos miserunt / ut per illos illum ca
pent quē timore turbe cape non audeat.

bant. Dicit ergo abeuntes pharisei. rē.
In isto autem euāgelio tria ponuntur
ex parte phariseoz / 7 tria ex parte cri-
sti. Naz ex parte phariseoz / 7 discipu-
lorum. Primo fuit inuidia in consilia-
do. quod notat cum dicit. Abeuntes
pharisei cōsiliū inierunt rē. Isti autē
ōsiliatores fuerunt pharisei 7 herodia-
ni. Pharisei autem erant xp̄o inuidi.
Ma. xxvii. Sciebant em̄ q̄ p̄ inuidiaz
tradidissent euz. Herodiani erant aua-
ri / quia exactiones multas in populo
faciebant. Vtriq̄ autem erāt xp̄o inimi-
ci. Inuidus autēz incēdit denigrare fa-
nam. Auarus rape temporalez substā-
tiam. inimicus opprimere p̄sonam. Bō-
tra xp̄m ergo ōsiliū inierūt pharisei
inuidi. ut eius famam denigrarent. Si
em̄ respondiss̄ q̄ tributum cesari esset
soluēdum / ipsum apud populum infā-
massent. Inierunt autem ōsiliū herō-
diam auar / ut si respondiss̄ q̄ deberet
tributum dari / tunc maiorem occasio-
nem habuissent maiores exactōnes fa-
ciendi. Inierunt etiam tam isti q̄ illi q̄
erant inimici / ut si respondiss̄ q̄ nō l̄z
dari eum capent 7 occiderent / quia sic
de Crisost. Multi p̄pter istos sermo-
nes a romanis occisi fuerunt. Ecce q̄le
ōsiliū 7 quales ōsiliari s̄z pharisei
inuidi / q̄ xp̄m volebant infamare. De
herodiā auari q̄ volebāt p̄p̄z spoliare / 7
vtriq̄ inimici qui cape xp̄m volebāt.
Sed dicit Job. v. q̄ deus ōsiliuz pra-
uorum dissipat. Crisosto. sup̄ hunc lo-
cum. Omnis colonus cuius terraz pos-
siddz illius auxilio opus habz. Colon9
dei. auxilium diaboli nō requirit. Co-
